

[Deutsche Entomologische Zeitschrift XIX. 1875. Heft I.]

Europaea et circummediterraneae Faunae Tenebrionidum specierum,

quae Comes Dejean in suo Catalogo, editio 3^a consignavit, ex ejusdem collectione in R. Taurinensi Musaeo asservata, cum auctorum hodierne recepta determinatio collatio.

Auctore

Flaminio Baudi a Selve.

Praemonitum.

Dejeanianae collectionis pars, Tenebrionida omnia complectens, a Marchione Ferdinando Arborio a Breme olim adempta, atque, hujus familiae ob potissimum dilectionem, studio et impensis omnimode locupletata, ab eodem, proiecta aetate, munificentiae sua monumentum, libenter R. Taurinensi Musaeo, ad ejusdem naturalium rerum divitias adaugendas, dono erogata modo religiose conservatur.

In hujus familiae tribuum distributione atque generum dispositione tum Lacordairei, Genera des Coléoptères tome V, tum Haroldi et Gemmingeri Catalogi Systematici methodum sectari opportunum potius censui, quam Dejeanianae collectionis ordinem, hunc in cuiusvis generis specierum enuntiatione secutus prout easdem dispositas reperui, eis non modo memoratis quae in Catalogo nec dum relatae, sed et illis interpositis quae a D. Breme in collectione adjectae fuere.

Notis denique eas in calcem demittam species, quae ex itallicarum collectionum inspectione nec dum descriptae vel minus cognitae mibi visae sunt, e quibus principem locum tenent quae ex itinere in Armeniam et Persiam a Marchione Jacopo Doria, Genuensis Musaei Praefecto, consecutae sunt atque humaniter communicatae.

Melasomata Dej. *Tenebrionidae* Lacord.Tribus I. *Zophosidae.*¹⁾

Zophosis quadricostata Dej. Aegypto Dej. et Schüppel = *Z. plana* Fabr., accedit specimen a D. Solier nom. *Schönherrri* Sol. Aegypto.

eadem? *patria incerta* Latreille = *Z. testudinaria* Fabr.

Zoph. sulcata Kl. Arabia Klug = *Z. sulcata* Kl.

Zoph. complanata Dej. Aegypto Lorey = *Z. complanata* Sol.

Zoph. cursor Ol. Oriente Olivier et 4-*carinata* Latr. = *Z. oblonga* Sol.

Zoph. elevata Dej. Nubia Latreille = *Z. carinata* Sol.

Zoph. graeca Dej. Graecia Latreille = *Z. errans* Sol.; et in Hispania a D. Ghiliani lecta.

Zoph. bicarinata Latr. patr. inc. Latreille = *Z. minuta* Fabr. copiose quoque in Hispania a D. Ghiliani.

Zoph. orbiculata Latr. Syria Latreille = *Z. orbiculata* Latr., accedit exempl. nom. *minuta* Fabr., *personata* Er.

Zoph. minuta Herbst, Fabr.? Lusitania Schönherr, Cadice Du-ponchel, Oran St. Fargeau, Tanger Goudot = *Z. minuta* Fabr.

Zoph. punctata? Dej. Oran St. Fargeau = *Z. punctata* Br.

eadem Dej. Graecia D'Urville, Peloponneso Solier, Arcipelago graeco Steven nom. *Platyscelis nitidulus*, Corfu Parreyss = *Z. punctata* Br. Hujus additae a D. Breme typica forma Moraea Solier; eadem ex Algiria et Tunetana provincia; var. *sicula* Villa Sardinia, Sicilia; v. *ovata* Latr. Beryto, Damasco et M. Libano; eadem nom. *pusilla* Friv. Smyrna; v. *variepunctata* Deyr. Algiria.

Zoph. rugosa Fald. Persia occid. Faldermann = *Z. Faldermanni* Deyr.²⁾

Zoph. ovata Latr. Syria Latreille = *Z. punctata* Br. var. *curta* Sol. Huic associatum specimen nom. *Pedinus acuminatus* Fisch. Rossia merid. Ménétries = *Cheirosis acuminata* Fald., *ovata* Deyr.

¹⁾) Hujusce tribus omnes fere in R. Taurinensi Musaeo coadunatae species a D. A. Deyrolle, cui pro monographico opere suo subjectae fuere, denominatae sunt.

²⁾) *Zoph. Faldermanni* specimen et in Persia occid. D. Doria nactum est, typico Deyrollei corporis habitu consonum, at duplo fere majus, paulo minus convexum, elytris parcis adhuc punctatis, antennis validioribus, magis compressis; alter forte sexus.

Zophosis pusilla Dej. Aegypto Savigny = *Z. pygmaea* Sol.

Zoph. semilineata Dej. Aegypto Schüppel = *Z. abbreviata* Sol.

Zoph. costata Dej. Oriente Lorey et Lacordaire = *Z. abbreviata* Sol. var. minor.

Typicae a D. A. Deyrolle monographice dissertae species in R. Musaei collectione hae insuper prostant: *Z. orientalis* Deyr. Damasco, Hierosolyma: *Z. Truquii* Deyr. Smyrna: *Z. algeriana* Sol. Tripolis: *Z. rugosa* Fald. Rossia mer. nom. *dilatata*: *Z. Ghilianii* Deyr. patr. incerta: *Z. rotundata* Mén. Arabia Parreyss.

Tribus II. *Erodiini.*

Erodius scabripennis Dej. Persia Olivier = *Amnodeis grandis* Mill. ♂ var. elytrorum costa oblitterata: duo additi, e quidem marces, e Media, normaliter exculpti. Accedit spec. ex Aegypto Karolin = *A. giganteus* Reiche ♂.

(A D. Breme: *E. Truquii* Breme Syria Truqui = *A. asiaticus* Mill. ♂; Palaestina, Hierosolyma Truqui = *A. giganteus* Reiche ♂♀).

Er. laevigatus Dej. Aegypto = *E. puncticollis* Sol. ♀ var. elytrorum costis fere nullis, corpore magis convexo, nitidiore, maxima Chrysomelae atrae faciem quodammodo simulans. Accedit spec. a Prof. Bellardi prope Cairo repertum, illi corporis forma simillimum, at elytris grosse crispatis corrugatisque ♀.

(*E. Emondi* Sol. var. *subcostatus* Sol. ♂ patria incerta — v. *proximus* Sol. ♂ Aegypto — var. [*robustus* Breme in coll.] *Audouini* Sol. ♀ et v. *africanus* Sol. ♂ statura validiores, Oran Algiriae).

Er. Duponcheli Sol. Syria Barthelemy = 1. *E. Dejeanii* Sol. Kr. ex descr. ♂. 2. *E. Servillei* Sol. ♀. Quibus firmis notis *E. Duponchelii* All. ab *E. Dejeanii* Sol. distinguatur ex descriptionibus dignoscere impar fui.

Er. orientalis Dej. Graecia D'Urville = *E. oblongus* Sol. ♂.

Idem var. patr. inc. Latreille = *E. oblongus* Sol. foemina verisimiliter; corpore tantisper longiore quam in *orientali* Br., thorace anterius minus attenuato lateribusque minus declivi, pedibus longioribus, tibiis anticis fere uti in mare intus curvatis, ab domine nitidiore, obsoletius granulato.

(*E. punctatus* Kl. Aegypto Deyrolle = *E. puncticollis* Sol. ♀ var. minor, elytris opacis, haud perspicue costatis).

Er. brevicostatus? Sol. Oriente Galle = *E. Fabricii* Sol. ♂.

Id. Syria Latreille = *E. Dejeanii* Sol. ♂ var. intense caliginosus, costis elytrorum dorsalibus nullis; *E. Duponchelii* All. descriptioni conveniens.

Erodius Parreysii Dej., *bilineatus* Parr. Corfu Parreyss = 1. *E. neapolitanus* Sol. ♀ var. facie revera *carinato* valde affinis, at antennarum structura, tibiis anticus validioribus, intus prorsus rectis hic praesertim referendus. 2. patr. inc. Latreille = *E. neapolitanus* Sol. ♂.

Er. africanus? Sol. Barbaria Latreille = *E. Emondi* Sol. var. *africanus* ♀ var. A. *Er. Peirolierii* forma pluribusque etsi valde affinis, thoracis attamen structura distinctus.

Er. puncticollis Sol., *punctatus* Kl. Aegypto Solier = *E. puncticollis* Sol. ♂.

Er. europaeus Dej. Hispania Solier, Cadice Bedeau = *E. tibialis* Lin. ♂ ♀.

Id. Tangeri Solier = *E. carinatus* Sol. ♂.

Id. var. Tangeri Goudot = *E. carinatus* Sol. ♂ ♀ var. minor, costa elytrorum marginali plerumque minus elevata, dorsali in uno conspicua; maris tibiae, etiam posteriores, magis arcuatae, gracilisculae.

Id. var. Hispania merid. = 1. *E. neapolitanus* Sol. ♀ v. *rotundatus* Kr. 2. *E. carinatus* Sol. ♂. 3. *E. tibialis* Lin. v. *Goryi* Sol. ♀. 4. *E. tibialis* Lin. ♀ detritus atque deformis.

Id. bilineatus Dej. Cat. Lusitania = *E. tibialis* Lin. var. *bilineatus* Herbst ♂.

Er. neapolitanus Sol. Neapoli Sol. = *E. idem* Sol. ♂.

Id. europaeus Dej. Cat. Sicilia Famin = *E. neapolitanus* Sol. var. *vicus* et *siculus* Sol. ♂ ♀.

Er. nitidicollis Sol. Barbaria Solier = *E. idem* Sol. ♂ ♀. *Mas major*, dorso subdepressus, lateribus rotundatus, apicem versus declive attenuatus, elytris costa vix ultra medium conspicua, laterali longiore, elevata, marginali prominente instructis; corpus totum pariter ac in foemina nigerrimum, at elytrorum interstitia indumento cretaceo, eventuali, obiecta; foemina convexior, oblonga elytrorum costis crassioribus tribus aequaliter elevatis, dorsali ad medium circiter, laterali paulo ultra medium oblitteratis, instar fere ut in quibusdam *Peirolierii* specimibus. Ejusmodi, maris praesertim, specimenia passim in Sicilia, Calabria, Agro romano atque ad Adriatici oras prope Ravennam obvia; siculis quibusdam imo elytrorum costae dorsalis et lateralis valde elevatae, argutiusculae; aliis, quibus hae plus minusve oblitteratae, thorace solummodo apicem versus

aliquanto magis attenuato, transversim minus quadrangulari marginaque laterali tantisper crassiusculo a genuino *neapolitano* haud facilis selectio. Ab *E. Emondi* Sol. mares corpore magis depresso, foeminae eodem lateribus magis parallelo, uterque sexus elytris crebrius granulatis discedunt.

Erodius Emondi Sol. *Barbaria* Solier et *Algiria* = *E. Emondi* Sol. ♂ et var. *subcostatus* Sol. Id. *Algiria*, *Bona Koenig* = *Er. Emondi* Sol. v. *Mittrei* Sol. ♂.

Er. ambiguus Sol. *Barbaria* Solier, *Bona Koenig* = *E. Emondi* Sol. var. *ambiguus* Sol. ♀.

(*Er. lusitanicus* Sol. *Lusitania* Breme ♂♀ = *E. tibialis*? Lin. var. *nitidus*, thorace ad angulos posticos transversim basi depresso, depressione lineola obliqua, in foemina distinctiore limitata, elytris dorso parcius obsoleteque granulatis, costa laterali obsoletissima: duo accedunt equidem nitidi, costa elytrorum laterali fere nulla, laterali plus minusve obsolete, quae maris insignibus atque totius corporis structura ad *carinatum* referendi).

Er. Peirolierii Sol. *Sardinia* Solier, *bilineatus* Bonelli = *F. neapolitanus* var. *Peirolierii* Sol. ♂♀.

Er. Mittrei Sol. *Barbaria* Solier = *E. Emondi* var. *Mittrei* Sol. ♂ facie equidem praecedenti simillimus, thorace porro anterius paulo angustiore, margine laterali basin versus crassiusculo distinguendus. Hoc tamen animadvertam *E. neapolitanum* prosterno inter coxas anticos minus angustato apiceque plerumque minus exciso ab *Emondi* abscedere.

Id.? *Sicilia Lefebvre* = *E. nitidicollis* Sol. ♂ var. elytris utrinque minus ampliatis: antennarum articulo tertio longiore, thoracis margine laterali basin versus incrassatulo, subsinuoso, praeter supra de hac specie allata, a *neapolitano* distinctus.

Id.? *Hispania Dejean* et *Hisp. orient. Dufour* = *E. Emondi* var. *Mittrei A* Sol. ♀ statura major, valde convexus, nitidus.

Er. gibbus *Aegypto Savigny* = *E. costatus* Sol. ♂♀: foemina variat elytris minus costatis, interstitiis nitidioribus: conformia e *Graecia* designata quibusdam in italicis collectionibus vidi.

Id.? *Oran S. Fargeau* = *E. costatus* Sol. ♀.

Er. n. sp. Arabia Dejean = *Histeromorphns plicatus* Kr.; ♂♀ verisimiliter.

Er. triangularis Dej. *Oran S. Fargeau* = *E. bicarinatus* Er. Kr. ♂. Huic potius quam *brevicollis* Kr. duo specimina conferre vindentur.

(*Er. Lefranci* Kr. *Algiria* verisimiliter; duo mares, variant tho-

race plus minusve dorso obsoletius punctato, elytrorum costis minus nitidis, parce granulosis; corporis tamen ambitu, thorace basi utrinque late subobliquatim impresso pedibusque longioribus, tibiis anticis tenuioribus, arcuatis a proxime affinibus discedunt. Normalia e Tuneta Truqui retulit).

Erodius bilineatus? *gibbosus* Sch. Oriente Schönherr = *E. bilineatus* Sol. duo mares senegambicis speciminibus consimiles at dimidio minores (tertium accedit e Senegambia = *E. laevigatus* Ol. ♀) (*E. megatoma* Dej. Senegal = *E. laevigatus* Ol. ♂).

Er. barbarus Dej. Barbaria, Tripoli = *E. costatus* Sol. ♀ thorace nitidissimo.

Er. bicostatus Dej. Barbaria, Tripoli = *E. bicostatus* Sol. ♀ et *bilineatus* Ol. ♂!

(*Er. gibbus* Ol. Aegypto a D. Solier = *E. gibbus* Fabr., *syriacus* Sol. ♀).

Er. costatus Kl. Arabia Klug = *E. costatus* Sol. ♂♀.

Er. persicus Fald. Persia occid. Faldermann et nom. *orientalis* = *Arthrodeis globosus* Fald.

Er. globosus Latr. patr. incerta Latreille = *Arthrodeis syriacus* Kr.

Er. rotundatus Dej. Aegypto Savigny et Solier = *A. rotundatus* Sol.

Er. ferrugineus Fischer deperditus.

(*Er. porcatus* Dej. Senegal super. Leprieur et Sennaar nom. *crenicollis* = *Diodontes porcatus* Sol.)

Addita: *Er. zophosiooides* All. patr. inc. Breme ♂. — *E. barbarus* Sol. nec Dej. patr. incerta mas unicus, utpote alter ex Algeria mihi a D. Meda donatus, ambo fovea piligera evidenter muniti. — *E. scaber?* Sol. Asia e vetere Peirolierii collectione anctoris descriptioni sat apte convenit; tibiis anticis tenuiusculis, curvatis abdomineque granuloso mas, imberbis, videtur: specimini parvo vestitate attrito elytrorum granulae anterius medio oblitteratae atque usu laevigatae; caeteris descriptis, nequidem pro varietate, afferri posse non censeo.

Tribus III. *Adesmidae.*

Adesmia macropus Dej. Aegypto Savigny = *A. dilatata* Klug, *macropus* Sol. thorace in utroque sexu subtiliter utrinque marginato, prosterno inter coxas antieas in mare angustiore, distincte canaliculato, in foemina subaequali.

Adesmia affinis Dej. Barbaria, Tripoli Dupont = *A. affinis* Sol. mas forte, thorace penitus utrinque marginato.

(*Ad. carinata* Sol. patr. inc. ♀ var. elytris dorso suturam seclus late depressis.)

Ad. arachnoides Dej. Aegypto Leroux = *Stenochara Bonellii* Sol. Huc certe spectat, descriptioni omnibus congrua, pedibus attamen nigris. Absque dubitatione speciem pro aegyptiaca Dejean subscrispit; in Cat. Marseul pro Algirica designata.

Ad. rotundipennis Dej. Oran, Alger. Petit = *A. microcephala* Sol. thorace in utroque sexu utrinque penitus marginato: Aegypto frequens videtur.

Ad. scabripennis Dej. Aegypto Lorey = *A. perplexa* Schaum, *reticulata* Sol. foemina? sat ovalis, elytrorum lateribus haud verticalibus, costa submarginali pone medium superne conspicabili, thorace lateribus haud vel vix marginato, prosterno subaequali: a syriacis *reticulatae* Dej. (infra) foemineis speciminibus thorace fortius punctato elytrisque magis utrinque rotundatis solummodo discedere videtur.

Ad. Dejeanii Karelín Persia occid. Karelín = *Ad. Gebleri* Gebl. ♀ major, thorace utrinque minus subtiliter marginato, elytrorum carinula dorsali minus elevata: accedit specimen e Kirghisorum deserto nom. *Gebleri* Mann, *foveola* Gebl. tantisper minus, mas? nitidius, submetallicum, thorace utrinque carinula arguta marginato argutaque costa elytrorum dorsali.

Ad. reticulata Dej. Syria Latreille = *Ad. perplexa* Schaum mas et foemina, thorace in illo penitus utrique marginato, margine in hac pone medium obliterato, prosterni processu postice in utroque haud producto, prorsus fere verticali, maris inter coxas leniter canaliculato.

Ad. clathrata Dej. Persia, Amadan Olivier et Arabia = *A. clathrata* Sol., *anthracinæ* Kl. forma elytrorumque sculptura sumnopere affinis, haud raro cum ea in collectionibus confusa, at thorace aliter constructo, dorso medio plerumque sat late profundeque, evidentius impresso lateribusque compresso, angulis anticis magis super oculos productis, parcus, minus fortiter et minus profunde punctato, lateribus saepius haud marginato, interdum sola carinula tenui incompleta, elytrorum humeris magis supra thoracem prominentibus.

(Var. *salebrosa* Breme in coll. Arabia, Aegypto? Mares statura tantisper majores, elytrorum sculptura distinctiore. Sequitur speci-

men Aegypto? = *Ad. cothurnata* Forskal. thorace lateribus penitus marginato, elytris fortiter profundeque fossulatis.)

Adesmia sulcata Kl. Arabia = *Ad. interrupta* Kl. mas corpore anterius angustato, elytrorum costis tribus internis suturae fere parallelis, carinaeformibus quartaque, seu marginali medio divergente subintegris nitidisque; speciei veruntamen varietas interstitiis dorsalibus tribus internis carinulis quibusdam, externe crebrioribus dupli fere serie interruptis; thorace caeterum pariter ac in foemina varioloso-punctato, angulis anticis valde productis, carinula marginali crenulata, brevi; prosterni processu simplici.

Ad. antiqua Kl. Nubia Schüppel = *Ad. antiqua* Klug thoracis margine lateralali integro, prosterni processu leniter canaliculato.

(*Ad. sp.?* patr. inc. = *A. metallica* Kl. var. tuberculis elytrorum in interstitiis, marginali praesertim, minoribus vel obsoletis, thorace opaco, elytrorum costula lateralali marginali proximiore a sequente praecipue distinguitur.³⁾


Ad. aegrota Dej. Oriente Olivier ♂, Amadan Persiae ♀ = *A. pulcherrima* (Fisch.?) Sol. Mas angustior, elytrorum costulis, uti ab auctore gallico descriptis, evidentioribus, tibiis anticis aliquanto magis curvatis, pedibus posticis valde elongatis; foemina magis globosa, elytrorum costula dorsali in tuberculos, contiguis pares, divisa, lateralali parum elevata, interstitio hanc inter et marginalem tuberculis crebrioribus quam in mare obtecto, tibiis anticis minus curvatis, posticis modice elongatis.⁴⁾ Accedit specimem patr. inc. = *A. pulcherrima* Sol. var. *Villae Osculati*.

³⁾ *Metallica* Sol. *Ad. Faremonti* Lucas sat propinqua, antennis attamen gracilioribus, elytrorum interstitiis inter costas tuberculosque latioribus, evidentius subtillime granosis..

⁴⁾ Magnam hujus speciei summopere variabilis copiam in Persia merid., Ispahan, quaedam et in septemtrionali D. Doria collectis; omnes fere plus minusve laete aeneae, earundem varietates extremae, etiamsi elytrorum sculptura plurimum abscedant, typicam nihilominus speciei, atro colore a Solierio descriptae, faciem referunt; antennis plerisque tenuiusculis atque elongatis, thorace convexiusculo, lateribus rotundato, subtiliter parce punctato plerisque notis ab auctore de *pulcherrima* sua traditis apte convenienti. Elytrorum jam vero summopere sculptura variat, modo etenim costa dorsalis conspicua, lateralis carinae formis, marginalis dupli tuberculorum serie confecta plus minusve approximata, tuberculis di-

Adesmia eadem, tuberculata Fald. Persia occid. Faldermann. Duo in collectione praecedunt ex Armenia a D. Steven, quae a *pulcherrima* e Solieri descriptione, corpore tantisper angustiore, elytrorum tuberculis, non autem costulis, plus minusve depresso vel obsoletis solummodo abscedunt. Tertium sequitur specimen quod reaspe a Faldermannio supra citato nomine missum

stinctis atque discretis, in marginali interstitio paucis; modo dorsalis costula obsoletior, tuberculis minus distinctis, in marginali interstitio magis numerosis, reguliformibus: hisce nec non sequentis formae foeminis *Ad. aeneam* Redt. referendam suspicor. Variat insuper haud raro (genuinae *aegrotae* Dej. speciminibus congrua), elytrorum costis laterali et marginali conspicuis, illa leniter, hac fortius dupli vel triplici serie crenulata, interstitiis omnibus copiose tuberculatis, in marginali praesertim inordinate approximatis: hac de varietate duo maxima extrema statura prostant, plerumque major; minoribus quibusdam foeminis costula etiam lateralis obsoleta. Variat praeterea foemina costis elytrorum laterali marginalique magis elevatis, interstitiis omnibus subtiliter rugulosis, pliculatis; huic apprime congruere *Ad. Villa* Osculati videtur. Variat demum nitidius aenea, elytrorum costulis laterali marginalique in mare sat, in foemina modice elevatis, interstitiis, dorsali praesertim, plus minusve laevigatis, tubercolorum minorum in singulo unica serie vix conspicua: *politam* in coll. Genuensis Musaei nominavi. Quibusdam ex hisce varietatibus, foeminae praesertim, quae in Dejeaniana collectione prostat referenda *Ad. Ehrenbergii* Fald. ex descriptione conveniens, tum *nodulosa* quoque Fald. persicis quibusdam a D. Doria relatis, quae a Faldermannio descriptis colore solummodo aeneo discedunt, variabili admodum elytrorum sculptura conferre videntur. Nomen caeteroquin a Solierio impositum pristinum. *Ad. bicarinatae* Kl. e Syria, nuperrime a D. Kraatz acceptae, valde quoque elytrorum sculptura affinis, at hisce in utroque sexu brevius ovatis, lateribus multo magis, ab angulo humerali ipsomet rotundatis, dorso convexioribus, carina marginali angustiore, colore demum metallico ab ea distincta. Eadem in collectione *Ad. Solieri* Luc. prostat; mas foemina plerumque minor, elytris utrinque minus rotundatis, prosterni processu inter coxas anticas angustiore, antice saepius transversim leviter impresso, longitudinaliter evidentius canaliculato; thorax in utroque sexu penitus utrinque marginatus.



adparet, *Ad. Faldermanni* Fischer verisimiliter, statura minus, corpore angustius, tuberculis dorso costaque dorsali penitus fere obliteratis, laterali marginalique crenulatis, propinquioribus, interstitio eas inter simplici serie, atrum; *metallicae* Sol. caeterum valde proximum.

Adesmia elegans Karelín, *anomala?* Fisch. Turcomannia Faldermann = *Ad. Dejeanii* Gebl. ♀. Accedit specimen minus atque angustius, mas, e Kirghisorum deserto a D. Mannerheim nom. *Ad. Dejeanii* missum, quod *Ad. Klugii* Sol. descriptioni sat apte quoque convenit: thorax in utroque subtiliter marginatus, prosterni processus inter coxas anticas convexus, anterius in mare crispus, in foemina leniter canaliculatus, postice mesosterno tumidulo applicatus obsoleteque dentatus; pedes posteriores graciles, subcompressi.

Ad. Karelini Persia occid. Faldermann = *Ad. Karelini* Fisch. ♀: eadem Turcomannia Karelín, mas; *Ad. Servillei* Sol. dum taxat, meo judicio, fortasse varietas, thorace in mare tantisper latiusculo, elytris in utroque sexu parcus tuberculatis, tuberculis in margine inflexo parciорibus. Pedes attamen in ea relative longiores, pariter ac in *Servillei* et *Dejeanii* exiles, tibiis posterioribus subcompressis; thorace omnibus subtiliter marginato, prosterni structura ad secundam divisionis primae subdivisionem secundum Solier spectantes.

(*Ad. gratiosa* Breme in coll. Arabia = *Ad. De Vecchii* Osculati, qui foeminam verisimiliter solummodo novit, meo judicio; males statura plus minusve parva, angusti, foemina ovalis; capite ante sat crebre, postice subtiliter, uti thorax, sparsim punctulato; elytris, in mare, costis dorsali et laterali leniter dorso, crenulatum postice elevatulis, marginali e dupli tuberculorum serie conflata, costis aequidistantibus, intersticiis tuberculis subtransversis, remotis obsitis atque seriatim grosse plus minusve profunde foveatis; elytris in foemina costa dorsali obsoleta, laterali carinaeformi, dupli proinde tuberculorum fovearumque serie interiore, exteriore simplici: pedum structura ad secundam Solieri divisionem tarsis tibiisque posterioribus compressis spectat.)

(*Ad. sp.?* Algiria = *Ad. Douei* Luc. thorace lateribus in mare subtiliter marginato, in foemina immarginato, prosterni processu latius in hac quam in illo canaliculato; *microcephalae* proxima.)

Ad. tenebrosa Dej. Oriente Oliv. = *Ad. Servillei* Sol. et *tenebrosa* Sol. ⁵⁾)

⁵⁾) *Ad. tenebrosa* Sol. copiose in Persia septemtr. ad Tehe-

Adesmia alternans Dej. Aegypto Petit, *compressipes* Sol.
 = *Ad. cothurnata* Fosk. var. *Pariseti* Sol. elytrorum costulis, fos-

ran a D. Doria collecta. Ab eodem e Persia merid., Shiraz et Ghermesir proxima species, nom. *Fagergremii* inscripta, copiose relata: nigra, nitida, oblongo-ovata; caput plus minusve subtiliter, antice crebre, postice sparsim punctatum, triimpressum, labro crebre punctato, in foemina latius, angustius in mare apice exciso, epistomate parum in ea, sat in hoc emarginato; thorax transversus, longitudine sesqui fere latior, utrinque valde declivis, pone medium oblique et ad angulos anticos impressus, dorso etiam inaequalis, obsolete longitudinaliter tricanaliculatus, parce inaequaliter sat fortiter punctatus, angulis anticis sat prominulis, basi subtruncatus, ibi latior, lateribus incomplete marginatus; elytra basi conjunctim emarginata, humeris super thoracem porrectis, dorso parum convexa, lateribus a basi medium usque fere rectis, dein apicem versus attenuata, utrinque in mare leviter, in foemina paulo magis rotundata, subaequaliter tuberculoso-corrugata, punctis parcis intermixtis, costis nullis dorso conspicuis, tuberculis apicem prope sensim distinctioribus et parciорibus; costa marginali in utroque sexu angulosa, simplici, obsolete crenulata, margine inflexo in mare verticali, in foemina convexiusculo, subtilius quam dorsum rugato, distinctius punctato, tuberculorum serie costae marginali parallela dimidio postico ornato; prosterni processus parum postice productus, retrorsum dentiformis; pedes modice elongati, tibiis posticis tenuibus, leniter compressis, saepius opacis, subtilissime spinulosis.

Var. A. Caput subtilius punctatum, vertice laevi; thorax equidem subtilius, dorso interdum obsolete punctatus, minus inaequalis, dorso medio antice longitudinaliter, ad latera transversim pone medium canaliculatus, margine lateralí integro.

Prius descripta forma thoracis structura *Ad. clathratae* Sol. affinis, uti et elytris basi emarginatis, at hisce dorso minus planatis, longe aliter excultis tibiis que gracilioribus distincta: *Ad. tenebrosae* facie elytrorumque sculptura quoque proxima, varietas A ob thoracis praesertim nitorem cum ea facile confundenda, elytris veruntamen basi emarginatis humerisque productis, thorace utrinque minus subtiliter punctato, inaequali, lateribus minus rotundato praecipue distincta.

Var. B. minor, mas angustior, thorace utrinque magis compresso, haud marginato, elytris dorso anterius magis planatis, ob-

sulis tuberculisque plus minusve obsoletis, dorso in mare fere laevigatis; pedibus praelongis species inter congeneres insignis: thorace in utroque sexu lateribus subtiliter marginato, prosterni processu distincte canaliculato; foemina mare plerumque major, utrinque tantisper rotundata.

Adesmia aequalis Dej. Aegypto Klug = *Ad. Audouini* Sol. Unicum ex. thorace lateribus subtiliter marginatis, prosterni processu inter coxas anticas angusto, profunde canaliculato.

Ad. lateralis Dej. Aegypto = *Ad. parallela* Miller ♂.

Ad. pulcherrima Fald. Persia occid. Faldermann, Armenia Steven = *Ad. pulcherrima* Fald. nec Sol. Faldermanni descriptioni aptenus conformis, facie euidem aliquanto, etsi minor, *longipedi* Fabr. proxima, elytris dorso planis, tuberculorum seriebus duabus plus minusve completis, haud carinatis, sutura solummodo postice elevatula, carina marginali minute, medio triseriatim, pluri-tuberculata, epipleuris verticalibus, late longitudinaliter excavatis; thorace crassiusculo, ampio, lobo medio late rotundato etc. Pedes in hac specie, veluti in *parallela* Mill. longissimi, tenues, tibiis posticis filiformibus, haud compressis. Thorax in utroque sexu utrinque subtiliter marginatus, prosterni processus sat reclinatus, apice acutiusculus, postice carinatus mesosternoque tumidulo appositus.

Ex allatis patet speciem banc a *pulcherrima* Sol. prorsus discedere; praeoccupatum nomen in *granulosam* mutari consentaneum puto.

Ad. longipes? Fabr. Aegypto Olivier = *Ad. monilis* Kl., *dubia* Sol. thorace utrinque haud vel vix breviter obsoleteque marginato, mesosterno saepius canaliculis duobus antice divergentibus longitudinaliter impresso.

Ead. var. *ornata* Dej. Aegypto ♂, *sabulosa* Bohm. ♀ Oriente Latreille = *Ad. monilis* Kl. v. *ornata* elytrorum tuberculis longitudinaliter carinula haud conjunctis, in mare interdum irregulariter dispositis: mesosternum bisce subaequale, prosternum inter coxas anticas evidentius late excavatum.

(*Ad. Buqueti* Breme in coll. Aegypto n. sp.? ♀? *Ad. clathratae*

soletius, minus subtiliter tuberculato-rugosis, postice subrugosis, tuberculis prorsus obsoletis. Prosterni processus in hoc magis dentatus, mesosternum basi crassius, veluti fere uti in *Servillei* Sol. E Schahrud a D. Dohrn nom. *Ad. strophium* Motsch. a qua e descriptione longe discedit.

affinis, oblongior, convexior, capite subtilius sparsim punctato, thorace itidem fere constructo atque punctato, relative longiore, magis convexo, utrinque minus crasso, angulis anticis pariter valde porrectis, brevissime eos pone marginato; elytris oblongo-ovatis, basi thoracis latitudine, costis duabus dorsalibus obsoletis, laterali parum indicata, marginali (haud superna) apicem versus sat elevata, basi granulis seriatis solummodo conflata; dorso tuberculis validis, approximatis uniformiter fere obtectis, lateralem inter costulam et marginalem transversim hinc et illinc junctis, margine inflexo irregulariter transversim profunde plicatis, rugoso-tuberculatis, tuberculis quibusdam humeros versus distinctis; pedes validi, postici valde elongati, quapropter a D. Breme utspte mares designantur; tibiarum posticarum prosternique structura ad primam sec. Solier divisionem prioremque subdivisionem pertinet. Ab *Ad. acervata* Kl. elytris basi haud ampliatis, thoracis baseos latitudine paribus, stria laterali postice distincta, marginali haud tuberculato crenata, solummodo inaequali abscedere videtur.)

(*Ad. biskrensis* Luc. Algiria: e prima divisione, subdivisione secunda juxta Sol. Mas angustior, prosterni processu planato, parallelo, apice saepius truncato, foeminae tantisper apicem versus angustiore, subrotundato.)

(*Ad. asperata* Breme in coll. Arabia n. sp.? *Ad. anthracinae* Kl. proxima, eodem fere habitu, capite thoraceque opacis, hoc dorso tantisper crebrius obsoletiusque punctato, interstitiis rugulosis; elytris obsoletissime costulatis, dorso irregulariter tuberculorum seriebus obsitis; interstitiis granulis numerosis asperatis, serie insuper in unoquoque latere verticali a tuberculis distinctioribus, basin versus obsoletis ornatis; thoracis latera in foemina immarginata, in mare dimidio antico carinata; prosterni processus apice leniter tantum prominens. Var. *arabica* Breme in coll. Arabia ♀ elytrorum costis dorsalibus conspicuis; corpus in utroque sexu brevius quam in *anthracina*. *Ad. ulcerosae* Kl. valde proxima, elytrorum pleuris linea seu serie tuberculorum regulari praeter caetera distincta videtur.)

(*Ad. sp.?* Aegypto Breme = *Ad. bicarinata* Kl. Aegypto, foemina, praeter allata a D. Reiche (Annal. Soc. Ent. France 1857. 226.) elytris basi cum humeris ad latera subito rotundatis, haud angulatis, costa dorsali anterius suturae haud parallela, eam versus leniter convergente, prosterni processu pone coxas anticas retrorsum cordiformi, apice acuminato, inde angulatim mesosterno recte incumbente a *carinata* distinguitur, qua prosternum e contra apice

rotundatum curvatum, sinuatim inde obtuse angulatum ad mesosterni marginem anticum accedit.)

(*Adesmia insignis* Mill., Aegypto probabiliter.)

(*Ad. interrupta* Kl. Aegypto Buquet: mas elytrorum interstitiis transversis carinulis uti in foemina interruptis.)

(*Ad. gemmata* Waltl, Breme in coll. Aegypto = *Ad. antiqua* Sol. var. elytrorum costis regulariter fere interruptis, interstitiis tuberculis majoribus, elevatulis ornatis.)

(*Ad. hieroglyphica* Breme in coll. Aegypto. *Ad. interrupta* Kl. capitis thoracisque sculptura admodum consimilis, hoc itidem extreto, fortius autem punctato - variolo; elytrorum vero forma atque costarum dispositione *cancellatae* Kl. foeminae proximior, costis dorsalibus duabus undulatis, una cum interstitionibus tuberculis fere confusis, laterali marginalique inferiore elevatulis, obsolete pluri-tuberculatis: thorax lateribus immarginatus; prosterni processus convexus, haud productus; tibiae posteriores haud compressae. Anne *Ad. ulcerosa* Kl.?)

(*Ad. longipes* Fabr. Kl. Aegypto Bellardi: elytra humeris thoracis basi superpositis, basin versus tantisper angustiora quam a Klugio figurata, fortasse mas.)

(*Ad. anthracina* Kl. Hierosolyma Truqui. Variat interdum foemina thorace magis inaequali, hinc illinc plicatulo atque subimpresso, punctura inaequiter dispersa, elytris intricatus subreticulatis, costulis minus perspicuis.

Variat, *libana*: brevior, convexior, capite thoraceque ut supra, hujus structura fere consimili, at basi subrecte truncato, crebre pariter sed paulo subtilius punctato; elytris, praesertim utrinque, magis convexis, costula submarginali superne conspicabili, basi vix emarginatis, pone humeros ad latera rectis, dorsi sculptura sat intricata. M. Libano Truqui.)

(*Ad. metallica* Kl. Aegypto Bohem. et Sol. ⁶) — *Ad. Fare-*

⁶) *Ad. metallicae* Kl. in Genuensis Musaei collectione prostant specimina e Syria, quae sat distinctae varietatis nom. *syriaca* nuncupavi. Nigra, vix aenea, nitidior, elytrorum interstitiis tuberculis majoribus obsoleteribusque saepius cum costis ipsis transversim colligatis, quo intervallia profundiuscula, foveolarum irregularium conspectum praebent, granulis minoribus oblitteratis, postice imo sublaevigata.

Eadem collectione *Ad. Solieri* Luc. mas foeminae aliquanto

monti Lue. Algiria. — *Ad. procera* Mill. Antilibano et Syria Truqui. — *Ad. arca* Reiche Hierosolyma et Syria Truqui.)

Tribus IV. *Tentyridae.*

Capnisa Karelini Fald. Turcomannia, *Bradyus* id. Faldermann = *Capnisa* ead. Fald. Accedit specimen nom. *Schrenkii* Bucharia Ménétries = *C. Schrenkii* Gebl.

Gnathosia caraboides, *Tentyria laticollis* Parr. Corfu Parreyss et Byzantio = *Gnathosia laticollis* Bess. var. *caraboides* Sol. Associatum exempl. Cadice? Barthelemy signatum, statura praecedentibus aequali, thorace subquadrato, antice posticeque angustato, lateribus proinde magis rotundato, angulis anticis paulo magis decumbentibus. (Thoracis structura consimile ex. at majus latiusque, subtilius punctatum, opacum, nom. *variabilis* e Moraea a D. Solier olim accepi.)

Ead. Graecia D'Urville = *G. laticollis* Bess. v. major, thorace uti in praesumpto hispano specimine constructo, subtiliter punctata, nitida, elytris obsoletissime corrugatis.

Eadem, *laevigata* Fald. Persia occid., Byzantio De Cristofori = *G. laticollis* Bess.

Gn. helopiooides Dej. Syria Latreille = *Gn. laticollis* var. *Carceli* Sol. (conformia plura e Smyrna D. Frivaldszki misit.)

Gn. subreticulata Bohm. Syria Bohemann = *Gn. laticollis* v. *Carceli*; proxime praecedenti simillima, thorace fovea utrinque prope basin obsoleta impresso, elytris corrugatis.

Gn. vicina Dej. Peloponneso Sol., *obesa* Dup. = *G. vicina* Sol.?) Specim. ex Arabia = *Gn. laticollis* Bess.

minor, elytris ad latera paulo minus rotundatis, prosterni processu inter coxas anticas angustiore, antice saepius transversim leniter impresso, longitudinaliter evidenter canaliculato, thorace in utroque sexu penitus marginato.

Algiria, Biskra.

?) *Gnathosia pumila* n. sp.: *Nitidula, crebre punctata, epistomate porrecto, apice rotundato; thorace transversim quadrato, anterius posticeque attenuato, basi subsinuato, lateribus tenuiter marginato, basi fere immarginato; elytris latioribus, breviusculis.* — Long. vix 3 lin.

Gn. laticollis Bess. v. *Carceli* Sol. tantisper proxima, capite

Gnathosia depressicornis Fald. Persia occid. Faldermann
 = *Gn. laticollis* v. *Carceli* Sol. Unicum spec. smyrnaeis meis atque *helopiodi* Dej. omnimodo conveniens, statura minor, elytris plicatulis. Normali sculptura e Caspici maris oris nom. etiam *depressicornis* D. Breme missa.

Ead., *aequalis* Tauch. (*Tentyria*) 1. Rossia mer. Kislar Steven = *Gn. laticollis* v. *Carceli* Sol.: 2. a D. Ménétries = *Calyptopsis pulchella* Fald. Kr. *)

thoraceque equidem distincte, at minus crebre punctatis, statura minor, thorace basi vix, recte fere truncato, immarginato, elytris relative crassioribus brevioribusque abunde distincta: epistomatis thoracisque forma elytrorumque ratione a *vicina* Sol. praecipue discedens.

Nigra, plus minusve nitidula, breviuscula, capite thoraceque crebre, profunde punctatis, epistomate regulariter fere inter excisuras rotundato; thorace latitudine breviore, antice posticeque subrecte truncato, lateribus modice rotundato, vix apicem quam basin versus minus attenuato, margine laterali tenui, basin secus utrinque breviter obsoleteque producto; elytris basi subtillime marginatis, thoracis maxima latitudine ibidem latioribus, sensim medium usque ampliatis, dorso medio sat convexis, congenerum atque staturae ratione brevioribus, subtiliter parceque punctulatis; prosterni et mesosterni epimeris aequaliter crebreque punctatis.

Armenia, a Doctore Bertolini benevole communicata.

*) *Calyptopsis amaroides* n. sp.: Ovata, parum convexa, atra, subopaca, capite crebre thoraceque modice subtiliter punctatis; epistomate apice rotundato, haud incrassato; antennis validiusculis; thorace transversim subquadrato, lateribus modice, anterius magis rotundato, angulis posticis obtusis, basi obsoletissime bisinuato, undique tenuissime marginato; elytris basi latis, medium circa amplioribus, subtillime parce punctulatis. — Long. 4—4½ lin.

C. caraboidi valde affinis, minus convexa et minus nitida, brevior, capite thoraceque minus crebre, elytris parcus subtiliusque punctatis. Epistoma antice regulariter rotundatum, parvum crassum, denticulo medio nullo. Caput superne inter antennas utrinque leviter, transversim interdum, impressum, parum crebre, anterius subtilius punctatum: antennae apicem versus sensim paullulum tenuiores, articulis apicalibus tantisper, quam in *caraboide* longioribus. Thorax lateribus sat, praesertim antice, rotundatus, basin

Gnathosia Gassieri Sol. Syria Barthelemy = *Gn. crenata* Reiche, opaca, forte foemina.

versus utrinque haud emarginatus, angulis posticis, magis in foemina, obtusis, uti in *caraboide* basi plus minusve obsolete bisinuatus, tenuiterque undique marginatus, at relative minus convexus; subtilius parcusque, aequaliter punctatus. Elytra basi marginata, earundem punctura, uti in *pulchella*, subtilima parcaque. Thorax lateribus infra una cum prosterni lateribus grosse, plus minusve profunde punctatus; prosterni processu pone coxas fere plano, haud reclinato, longitudinaliter bi-canaliculato, spatio inter carinulos postice pyriformi. Abdomen subtilime, sparsim punctatum. Maribus (verisimiliter) corpus minus abbreviatum, thorax tantisper longior, minus apice utrinque rotundatus, antennae apicem versus graciliores (*caraboidis* antennae, maris praesertim, articulis penultimis intus apice incrassatulis), prosterni processus magis acuminatus.

A *Cal. pulchella*, corpore longe minus nitido, latiore, capite minus crebre thoraceque subtilius punctatis, illo carinulis supra-ocularibus brevioribus, hoc subtilius marginato, basi obsolete subsinuato atque prosterni structura discedit.

In Persia septentrionalia a D. Doria nocta.

Calyptopsis harpaloides n. sp.: *Atra*, *subnitida*, *oblongo-ovata*, *capite thoraceque minus subtiliter, profunde punctatis, epistomate apice rotundato, haud incrassato, antennis tenuibus, longiusculis; thorace subcordato, modice convexo, basi leniter bisinuato, tenuiter marginato, angulis posticis rectis; elytris oblongis, pone medium amplioribus, longitudinaliter ad suturam planiusculis, subtilime sparsim punctatis.* — Long. $5\frac{1}{4}$ lin.

Longior, habitu pluribusque *C. pulchellae* Fald. proxima; corpore angustiore, minus nitido, antennis graciliорibus, thoracis structura, elytris longioribus, dorso magis deplanatis distinguenda. Caput parum crebre, anterius subtiliter, sat profunde distincteque punctatum, epistomate antice parum crasso, edentato; antennae longiusculae, minus validae, articulo tertio secundo nec non crassitie sua duplo evidenter longiore, sequentibus fere omnibus crassitie longioribus. Thorax subcordatus, longitudine vix sesqui latior, anterius modice, postice parum convexus, lateribus anterius rotundatus, angulis anticis leviter deflexis, basin versus leniter emarginato-angustior, angulis posticis rectis, sat profunde, minus subtiliter, parum crebre punctatus, margine laterali tenuissimo, basali et antico distinctioribus, hoc porro latius medio interrupto. Elytra subopaca,

Gnathosia Gassieri, laevigata Latr. = *Gn. crenata* Reiche, nitidula, epistomate tantisper angustiore, forte mas.

thorace triplo fere longiora, ab humeris, minus quam in *pulchella* prominulis, pone medium usque sensim paullulum dilatata, longitudinaliter dorso subdepressa, apicem versus relative minus gibbula, leviter, praesertim postice, inaequalia vel corrugata, subtillime parce punctata. Thorax subtus cum prosterno toto grosse crebreque, parum profunde punctatus, prosterni processu pone coxas anticas reclinato, retrorsum recurvato, apice acuminato, inter coxas canalicula sat profunda dupli, postice coeunte impresso. Tibiae anticae apicem versus leniter dilatatae, intus late emarginatae, pedum anteriorum tarsis articulis quatuor primis longitudine sensim fere decrescentibus, haud transversis; abdomen, segmenti primi basi pone coxas excepto, laeve.

In Persia septemtr. una cum praecedente a D. Doria lecta: foemina videtur.

Var.? *punctiventris*, an praecedentis mas? Aliquantulum longior, capite, praesertim super epistoma crebrius, postice utrinque substrigose, fere uti in *pulchella*, punctato; antennis fere longioribus, articulo tertio secundo plus duplo longiore, tertio - septimo longitudine sensim decrescentibus, reliquis sensim minoribus, turbinatis, ultimo apice longius acuminato; thorace relative angustiore, latitudine parum breviore, antice fere recte truncato, crebrius, aequo profunde punctato, margine postico vix bisinuato; elytris basi tantisper angustioribus, magis apice acuminatis; thorace subtus equidem, prosternum totum obsoletius, punctata, hujus processu profundius canaliculato; metasterno medio abdomineque sat distincte, parce punctatis, punctis utrinque majoribus; tibiis anticis gracilioribus, intus leniter flexuoso-emarginatis: pedibus in *pulchella* validiusculis, eorum tarsi antici articulis tribus intermediis subtransversis.

In Genuensis Musaei collectione e Taschkend a D. Dohru missa.

Var.? *armeniaca*. Corpore pariter elongatulo, nitidula (mas? nitidior), dimidio minor, capite thoraceque pariter distincte punctatis, hoc eandem fere formam, pro sexu (?) servante, elytris itidem subtilissime parce punctatis; antennis pedibusque minus gracilibus, abdomine in mare (?) subtiliter granoso, in foemina (?) parcus obsoletiusque punctato: illi thorax spatio longitudinali medio laevissimo notatus. Caput hisce haud longitudinaliter subimpressum, mesosternum non magis quam in affinibus prolongatum, quapropter *Choristopsi* generi tribuenda non putavi: facie cum *Anatolicis* qui-

Gnathosia ebenina Buq. Aegypto Buquet = *Gn. laticollis* Bess. individuum obtritum, obsolete punctatum.

Gn. quadricollis Dej. Graecia d'Urville, *Tentyria dardana* Stev. Hellesponto = *Dichomma dardanum* Stev.

(*Calyptopsis Jeremias* Reiche Asia minore et Palaestina Truqui.)

Anatolica Gebleri Mann. Kirghis. deserto Mannerheim = *Gnathosia laticollis* v. *caraboides* Sol.

An. impressa var. Kirghis. deserto Bartels et Steven = *Anatolica impressa* Tausch. Mas nitidus, antennis longioribus, graciliusculis, tibiis intus emarginatis; foemina subopaca, antennis minus elongatis, crassiusculis, elytris utrinque magis dilatatis, longitudinaliter magis biimpressis. Specimen ejusdem accedit, folliculo *Colposcelis impressa* Tausch. Ross. mer. signatum.

Ead., *subcostata* Dej. Kirghis. deserto Zubkoff = *A. impressa* major, mares subopaci.

Ead. var. Rossia mer. Steven nom. *tristis* Fald. = *A. impressa* minor mas et foemina.

An. tristis, *lata* Zubk. Kirghis. deserto Zubkoff = *A. lata* Gebl. ♂ ♀.

Ead. Zubk., *impressa* Fisch. Rossia mer. Zubkoff = *A. lata* Gebl. ♀.

An. lata Gebl. Tataria Gebler = *An. ead.* ♂ thorace convexiore, lateribus magis rotundato.

An. quadrata Tausch., *elongata* Fisch. Sibiria Gebler = *An. angustata* Gebl. ♂ ♀. Mas angustior, tibiis anticis leviter intus emarginatis.

An. subquadrata Tausch. Sibiria Gebl. = *An. subquadrata* Tausch. Mas, antennis longiusculis, tibiis anticis curvatis; et *An. angustata* Gebl. ♀.

Ead., *scutellata* Fisch. Bucharia Fischer, *angustata* Stev. Sibiria Gebler, *subquadrata* var. Gebl. = *An. angustata* Gebl. ♂ ♀ minores et ♂ normali statura.

Ead. Tausch., *quadrata* Gebl. Kirghis. deserto Gebler = *An. angustata* Gebl. ♂. Unus ex his minor, parum nitidus, capite thoraceque paulo minus elongato tantisper crebrius et profundius pun-

busdam conferunt, at oculi carinula evidenter divisi uti in congeneribus.

In Armenia rossica a D. Doria collecta.

etatis, caeteris vero notis, capitis praecipue sulco inferno huc referendus.

Anatolica abbreviata, macrocephala Tausch. Deserto Kirghis. Zubkoff = *An. subquadrata* Tausch. ♂.

Eadem, ibidem Eschscholtz = *An. subquadrata* ♀. Mas antennis tenuioribus, quam in foemina, tibiis anticis arcuatis, in foemina validioribus, subrectis; haec saepius minus nitida.

Eadem Gebl. Sibiria Gebl. = *An. subquadrata* v. *abbreviata* Gebl. ♂ elytris haud corrugatis.

An. quadraticollis Dej., *subquadrata* Gebl. Sibiria Gebler = *An. subquadrata* var. *abbreviata* Gebl. ♀ thorace tantisper breviore, dorso parcus punctato.

An. strigosa Gebl. (Akis) Sibiria Gebler = *A. strigosa* Germ. Mas antennis longioribus, articulis ultimis oblongis, ultimo paeceidente tantisper angustiore, tibiis anticis curvatis; hisce validioribus in foemina, subrectis, antennarum articulis quatuor penultimis obcordatis, crassiusculis, ultimo transverso. Canalicula capitis inferne profunda integraque, ut in *angustata*; elytra basi tota subtiliter carinata.

Eadem, *subquadrata* Fisch. Rossia mer. Fischer = *An. subquadrata* v. *abbreviata* Gebl. ♂.

Ead. *puncticollis* Gebl. absque patriae indicatione = *An. strigosa* Germ. ♂♀ mas minor, antennarum articulis penultimis tribus obconicis.

An. Karelini Dej., *longicollis* Karelina Kirghis. deserto Bartels, Turcomannia Faldermann = *Colposcelis longicollis* Zubk. Krtz. Primus verisimiliter mas, major, antennis graciliusculis, tibiis anticis intus ponedium curvatis, posticis extrorsum leniter sinuatis; foemina (?) minor, antennis validiusculis, tibiis anticis intus obsolete emarginatis, posticis rectis; thorace dorso antico tantisper convexiore, elytris quoque suturam secus impressis; prosternum in hac late obsoleteque, in illo angustius profundiusque longitudinaliter canaliculatum.

An. thoracica Fisch. Fucharia Fischer = *An. gibbosa* Gebl. v. *thoracica* Besser.

An. gibbosa Gebl. (Akis) Sibiria Gebler = *An. ead.* Gebl.

An. eremita Stev., *incrassata* Dej. Tauria Steven = *An. eremita* Stev. Mas angustior, antennis gracilioribus, tibiis anticis modice curvatis; foemina, elytris praesertim, crassior, antennis tibiisque anticis rectis validioribus. Caput subtus fossula parva, in

foemina profundiore, impressum; abdomen in hac minus subtiliter quam in illo, at parum crebre, punctatum.

Anatolica eremita Persia occid. Faldermann = *A. eremita* Stev. Mas major.

Eadem, *macrocephala* Steven Volga = *An.* var. *abbreviata* Gebl. ♂.

Eadem var. *rugulosa* Bess. Tauria Besser = *An. subquadrata* Tausch. varietas minor, thorace transversim subquadrato, basin versus vix attenuato, parcus punctato, elytris plus minusve pliculatis. Mas et foemina; ex his una elytris magis plicatis, dorso parum profunde, sat regulariter in singulo sexstriatis. Altero spec. ♀. nom. var. *inaequalis* Stev. e Rossia merid. inscripta, elytra itidem plicato-substriata. „Plures huc subsequuntur ex Asia interiore species, quae longinas nimis ab europeae faunae finitimas regiones inhabitant, quibus studium nihilominus pro agnatione cum Europeae vicinioribus impendere oportuit; quaedam propterea de hisce referam.“

An. cellicola Fald. Dauria Mannerheim. *An. subquadratae* Tausch. statura, paullulum brevior et latior, nitida, capite antice rugoso thoraceque sat crebre fortiter punctatis, elytris minus fortiter crebre etiam punctatis: caput ut in congeneribus, at labrum inconspicuum, forte tantum retractum, carinulae super oculares crassiusculae, parum prominulae: thorax ejusdem ac in *impressa* Tausch. formae, lateribus apicem versus subtillime, basin versus et in basi ipsa omnium subtillime marginatus, ante basin sulculo obsoleto transversim integro impressus; elytra ut in *subquadrata*, relative breviora posticeque crassiora, dorso regulariter convexa, basi utrinque breviter obsoleteque marginata, punctura earumdem quasi sculptili (acupuncturata). Caput inferne pone mentum modice, sat profunde transversim sulcatum, tibiis quatuor anterioribus subrectis, posticis extrorsum subsinuatis. Pectus totum cum abdominis segmento primo sat fortiter punctatum, reliqua abdominis segmenta parcus, medio laeviuscula. Ex antennarum structura verisimiliter foemina, articulis earum quatuor penultimis conicis, ultimo recte truncato, appendice ejus sola leviter obliqua.

An. amoena Fald. ♀ Mongoliae circulo asiatico Mannerheim. Venusta forma species, epistomate antice late truncato, corpore subtiliter parum profunde punctato, nitido, antennarum articulis tribus penultimis brevibus, conicis; thorace oblongo, cordiformi, basi late rotundato atque expanso; elytris base valde emarginatis, immarginatis; tibiis anticis rectis.

Anatolica spectabilis Mann., *convexa* Tausch. ♂ Son-garia Mann. a D. Karelín = *An. lata* Gebl. ♂ major.

An. propinqua Fald. Dauria et *impressa* Fald. Mannerheim = *An. propinqua* Fald., *An. cellicolae* Fald. antennarum pedumque structura affinis, paulo minus nitida, subtilius punctata, capite crebre, disco medio parcus punctato, labro conspicuo; thorace fere ut in ea constructo, magis truncato-conico, lateribus antice minus rotundato, apice subrecte truncato, capite multo latiore, angulis posticis minus rectis, lateribus et basi omnium subtilissime marginato; elytris crassius ovatis, subtilissime obsolete corrugatis, fere impunctatis, basi ad humeros brevissime carinatis: pectore abdominisque segmenti primi lateribus minus crebre, subtilius quam in illa punctatis: capite subtus sulculo brevi impresso.

An. lepida Fald. Dauria Mannerheim. *An. auctae* Fald. habitu quodammodo affinis, elytris basi medium usque carinatis, capite, praesertim anterius thoraceque crebrius quam in *strigosa* punctatis, punctura plagiis quibusdam fere intricata; thorace quam in utraque leviter longiore, basin versus magis attenuato, antice convexiore, ad angulos posticos utrinque fovea obliqua impresso; elytris subtilissime parum perspicue punctatis; antennarum pedumque structura unicum exempl. mas videtur.

An. undulata Mann. Dauria Mannerheim = *An. undulata* Gebl., foemina videtur; elytris dimidio antico obsolete dorso triseriatim fossulatis.

An. implanata Fald. Mongolia Faldermann. Praecedenti similima, ejusdem forte mas (antennae desunt): minus opaca, paulo minor, thorace praesertim, angustior, hoc paulo minus confertim punctato; elytris pariter confertim, subtilissime punctatis, corrugatis, rugarum dorso nitidulo; tibiis antieis curvatis.

An. angulosa Fisch. Siberia Fischer, Dauria Gebler, minor nom. *acutangula* Fald., major nom. *angulosa* Gebler. Labro antice modice profunde medio exciso, epistomate crassiusculo, lateribus utrinque rectis, ad antennas integro, carina superoculari sat elevata, antennis crassiusculis; parum nitida; elytris subtiliter creberrime, granosis, leniter inaequalibus, singulo basi carinula arcuatim sinuosa ad scutelli basin adscendente crasse marginato: caeteris cum notis a Kraatzio traditis conferens. Accedunt specimina nom. *aucta* Fald. e Mongolia *angulosae* identica.

An. angusticollis Gebl., *constricta* Stev. Siberia Gebler = *An. constricta* Stev.

An. glaberrima Fald. Siberia Faldermann. Praecedentis mi-

noribus facie et forma valde proxima, capitis thoracisque punctura pariter sat subtili nec crebra: epistomate utrinque leniter exciso; antennis crassiusculis; thorace disco tantisper obsoletius punctato, elytris basi utrinque solummodo carinatis, paullulum convexioribus, thorace fortius, vix crebrius punctatis: pectore parce subtiliter punctato, abdomine medio laevi, tibiis anticis leniter intus curvatis. Thoracis forma longe ab *eremita* discedit, *angustatae* proprius, eodem tamen minus elongato, statura minore, elytris fortius quam thorax punctatis praecipue distincta.

Anatolica sulciceps Gebl. Sibiria Mannh. e M. Altai a D. Gebler cum notis a Kraatzio de hac specie traditis consona.

An. longicollis Gebl. Tataria Gebl. = *Scytis longipes* Kr. verisimiliter.

An. pygmaea Mann. Kirghis. deserto Mannerheim = *Scytis macrocephala* Tausch.

An. macrocephala Tausch. Tataria magna Gebler = *Scytis tatarica* Kr. pedibus abdomineque fere corpori concoloribus.

An. bella Fald. Mongolia Faldermann, Sibiria orientali Mannerheim. Capite antice fere rotundato, antennis gracilioribus, thorace utrinque margines secus depresso, angulis posticis obtuse rotundatis, elytris ad humeros valde productis, thoracem amplectentibus, obsolete at conspicue striatis vix ad hoc genus spectare videatur. Specimen olim D. Fairmaire hoc nomine sibi e Caucaso a Kolenati missum dedit.

Acisba punctata Fabr. (*Akis*), *cribripennis* Dej. Catal. Tangeri Goudot = *Pachychile punctata* Fabr.

A. pedinoides Dej. Tangeri Westermann = *P. longipennis* Kr. Unicum spec. statura majus a *pedinoide* Sol. thorace basi recte truncato, margine medio haud dilatato praesertim discedit: elytra huic omnino aequalia. Accedit spec. patria haud indicata a D. Breme = *P. longipennis* Kr. statura minus valida, elytris obsolete costulatis. Sequitur vera *P. pedinoides* Sol. e Tingi ab auctore data.

A. boetica Ramb., *hispanica?* Sol. Hispania mer. Rambur = *P. hispanica* Sol. Duobus epistoma crassiusculum, capite eum pone transversim leniter sulcato.

Ead.? var., *grossa* Buquet Graecia? Buquet = *P. Salzmanni* Sol. var. major, crassior. Accedit specimen identicum e Tingi a Breme nom. *brevis* Sol. designatum.

A. brevis St., *pedinoides* Sol. Tangeri Goudot = *P. pedinoides* Sol. Kr., *brevis* Bess. ex Cat. Harold. Commixtum hisce exemplar, patria errata, quod a sicula *P. Dejeanii* sejungi nequit.

Baudi a Selve:

Acisba subovata Koll. Sicilia a Vindobonensi Museo et Famin = *P. Dejeanii* Bess. Admodum statura variabilis species, majora et maxima saepius parum nitida, minima ut plurimum nitidissima.

Ead., *tentyrioides* Parr. Corfu Parreyss et Ullrich = *P. Dejeanii* Bess.

A. Steveni Sol. Barbaria Sol., *gagatina* Dup. Algiria = *P. Steveni* Sol.

(Specimina succedunt ex Algiria Bellardi = *P. Kunzei* Sol.)

A. brevicollis Buq. Algiria = *P. impressifrons* Sol. et *Kunzei* Sol.

A. convexicollis Chevr. Oran S. Fargeau = *P. Frioli* Sol.

A. laticollis Dej. Graecia d'Urville = *P. Frioli* Sol.

Ead., *rotundicollis* Dahl. Sardinia Dahl. = *P. Frioli* Sol.: accedunt individua sicula.

A. Frioli Sol. Barbaria Solier = *P. Frioli* Sol. v. minor, parum perspicue punctata.

A. collina Ramb. Hispan. mer. Granata Rambur = *P. glabrella* Herbst.

A. bifida Ramb. Hisp. mer. Gibraltar Rambur, *glabra* Latr. = *P. Germari* Sol.

Ead. Tangeri Goudot, Barbaria Solier = *P. Germari* Sol.

A. bimucronata Ramb. Hisp. mer. Malaga Ramb. = 1^a *P. Germari* Sol. var. meo visu, e statura minoribus, thorace basin versus angustiore, media basi tumidulo, fortius bispinoso: altera *P. Servillei* Sol. var. thorace crebrius et paulo profundius punctato, fortius basi angulato medioque bidentato, elytris magis subrugosis.

Acisba . . ? Barbaria = *Homala polita* Sol. Dubium mihi anne sedis recte indicata.

(*Pachychila edentata* Truqui in coll. Tuneta = *P. Haroldi* Kr.)

Melanchrus compactus Dej. Aegypto Schüppel = *Oxycara pygmaea* Reiche.

Mel. Bohemanni Dej. Nubia Bohemann = *Ox. hegeterica?* Reiche: thorace equidem anterius minus sinuato, hoc cum capite distinctius quam in *luevigata* Reiche punctato, at corpore angustiore, thorace fere minus transverso, elytris minus ventrosis, ante posticeque minus attenuata, abdomine distinctius punctato ab illa discedens.

(Specimen Arabia inscriptum ad *Oxycaram subcostatum* Guér. spectat.)

Tentyria grandis Dej. Sicilia Famin = *T. taurica* Tausch. ♀.
 Unica nunc e tribus quae in Dej. coll. olim in natura stabant, *tauricae* foemineo specimini maximo referenda; a *grossa* corpore supra parum nitido, fronte magis deplanata, profundius crebriusque punctata, carinis supraocularibus tenuioribus, thorace magis transverso, crebrius punctato, pleuris utrinque ad acetabula fortius punctato-substrigosis, prosterni processu incurvato, sulci gularis margine postico minus elevato, elytris demum crebrius punctatis peculiaris bujusce speciem formam praebentibus discedens: *italicae* maximae thorace subopaco affinis, hoc vero basi recte in ea truncato differt.

T. grossa? Dej. Oriente Galle = *T. rotundata* Br.

Ead. Graecia D'Urville, Peloponneso Sol. = *T. rotundata* Br. var. *orbicollis* Sol. ♂? thorace orbiculari.

Ead. Corfu. Parreyss = *T. rotundata* Br. var. vel potius forte foemina, thorace transversim orbiculari, lateribus magis ampliato. Nonnullis in collectionibus italicis duas formas eadem e patria associatas observavi.

T. glabrata Dej. Hisp. mer. Sevilla Rambur = *T. platiceps* Stev. — eadem Granata = *T. laevis* Sol. — eadem Illiger Hispania = var. *modesta* Rosenh.

T. laevis Hispania mer. Malaga Rambur = *T. laevis* Sol.

T. frigida Ramb. Sierra Nevada Rambur = *T. incerta* Sol. Ultimum e serie specimen paulo majus, thorace transversim orbiculari, basi crasse marginato, elytris ab humeris subito quasi magis ampliatis, longius apicem versus attenuatis, subtiliter evidentius punctulatis, thoracis lateribus infra subtiliter corrugato - substratiis, omnibus notis cum *rotundata* Br. congruit, a graecis speciminibus statura solummodo minore discedens.

T. laevigata Ramb. Hisp. merid. Rambur = *T. sublaevis* Kr.

Ead. Lusitania Deyrolle = *T. elongata* Waltl var. hispanicis sesqui minor.

T. mucronata Stev., *orbiculata* Dej. Cat. Gallia mer. Massilia = *T. eadem* et var. *oblonga* Sol.

T. orbiculata Dej. Corsica Cerisy = *T. Ramburii* Sol. — eadem insula Minorica = *T. Schaumii* Kr. mas verisimiliter, thorace paulo minus transverso, caeteris cum auctoris descriptione nec non cum foemineo specimine ex ins. Balearibus a Schaufuß a D. Sella misso conveniens.

Ead. Gallia mer. (dep. Landes et Bordeaux) = *T. interrupta* Latr. et var. *gallica* Sol.

Tentyria orbiculata?, *curculionoides* Germ. Dalmatia ins. Meleda, Etruria Passerini = *T. italicica* Sol. var. plus minusve nitidiusculae. Accedunt specimina patr. inc. Latreille = *T. mucronata* Latr. v. *nitida* Sol. et *T. taurica* Tausch. v. *minor*, thorace transversim ovali, basi recte truncato, dorso paulisper minus crebre punctato: huic postremae conformia e Rossia mer. in coll. Meda, e Kurdistan in mea observavi.

T. gaditana Ramb. Hispan. Cadice Rambur = *T. gaditana* Rosenh.

T. strigosula Ramb. Hisp. Malaga Rambur = *T. italicica* Sol. nitidula, siculis majoribus statura aequalis.

T. curculionoides Herbst Hispania = *T. Bassii* Sol. — Tertium sequitur in serie spec. = *T. corrugata* Rosenh.; quartum accedit nom., in folliculo, *abbreviata* Duf. Madrid = *T. Peyrolerii* Sol. forma andalusicis a D. Ghiliani atque ad Escurial a D. Dieck collectis conveniens, statura paulo minus.

Eadem? Oriente Latreille = 1. *T. Bassii* Sol. speciminibus a D. Ghiliani in Andalusia repertis apprime congrua (patriae designatio errata videtur); 2., 3. patr. inc. Latreille = *T. Bassii* Sol. var. elytris dorso minus depresso, obsoletissime sulcatis, insignibus speciei propriis huc referenda. Ultima hisce consociata = *T. mucronata* Stev. minor, male explicatum specimen.

T. substriata Dej. Hispania = *T. corrugata* Rosenh.

T. subrugosa Dej. Hispania = *T. subrugosa* Sol.

T. ligurica Dej. Corsica Cerisy, Rambur = *T. ligurica* Sol. — ead., *cibrata* Bonelli Liguria, Sardinia Gené = *T. eadem*.

T. sicula Dej. Sicilia Famin = *T. laevigata* Stev. Kr. primum in serie specimen majus, sequentia normali statura; thorace basin versus attenuato, sulco gulari parum impresso, praeter cætera speciei propria, a *sicula* Sol. distincta quavidetur in insula frequentior. ⁹⁾)

⁹⁾) *T. laevigata* statura atque forma tantisper, sculptura quoque summopere variabilis: specimina in haud remota Mediterranei maris insula Melita D. Truqui olim reperit atque Soliero communicavit; quibusdam ex his thorace angustiore, basin versus magis attenuato, lateribus a medio basin usque vix rotundatis, elytris dorso leviter undulatis eximus auctor nomen *Leachii* imposuit, alia quae-dam thorace itidem fere constructo, at paulo latiore, elytris plus minusve fortiter corrugatis vel subsulcatis nomine *ruplicola* desi-

Tentyria sicula, rugulosa Meg. Dahl = *T. grossa* Bess.,
sicula Sol. var. *Dejeanii* Sol.

T. taurica Fisch. Rossia mer. Steven = *T. taurica* Tausch., specimina minora, thorace subtilius punctato, duobus basi fere recte truncato: conformia a D. Breme in coll. inserta, e Kurdistan etiam in coll. mea.

T. sardea Dej., *glabrata* Bonelli, *sicula* Gené Sardinia Spinola = *T. sardea* Sol. Kr.

Eadem Barbaria? Sol. = *T. grossa* Bess. v. *sicula* Sol. — ead. Sicilia Sol. = *T. sardea* Sol. ¹⁰⁾

gnavit. Varietatis *Leachii* spec. ex eadem insula a Prof. Issel lectum in Genuensis Musaei coll. prostat.

E veteri Peirolieri collectione, apud Taurinense Musaeum duo sat a praecedentibus, longius a genuina *laevigata* discrepantia specimina perscrutavi, nom. *Licii* Sol. pro *Leachii*, nominis probabili corruptione, inscripta, quae corporis nitore, antennarum relative brevium thoracisque punctuatione, sulco gulari tenui, parum profundo, medio foveolato prosternique forma cum *laevigata* omnimode convenient. Corpus attamen bisce relative multo brevius, elytra structura *T. Schaumii* et *subcostatae* accedunt; sculptura duo specimina thoracisque structura minus interse convenient: uni thorax ut in nuper allata varietate *Leachii* constructus, lateribus a medio fere rectis, dorso punctis duobus majusculis impressus; elytra valde abbreviata, dorso medio antice plana, sublaevigata, pone medium et utrinque distinete sulcata, sulcis punctis oblongiusculis, approximatis, unica in singulo serie sat impressis, interstitiis laevibus: altero thorax subcordatus, latitudine ejus maxima ad quadrantem anticum, lateribus abinde basin versus sensim leniter rotundato - attenuatus, paulo distinctius punctatus, aequalis; elytra breviuscula, postice atque lateribus obsolete sulcata, leniter undulato-corrugata, fere impunctata. Patria latet.

¹⁰⁾ *T. sardea* Sol. Karali in Sardinia atque ad oras australi-occidentales vulgaris variat interdum thoracis plagulis disco utrinque laevibus; elytris alias dorso planiusculis obsoletissime sulcatis; statura quandoque minor, *laevigatae* aequali, supra nitidissima, thorace elytrisque parcus punctatis: specimen in coll. Meda e Graecia nom. *grossa* indicatum nonnisi quam capite thoraceque paulo crebrius punctatis discedit: thorax rarius limbo postico obsoletius bisinuato, at margo ejus semper medio crassior, quo praecipue a *sicula* dignoscitur. Duo, e Tunetana regione in coll. Bertolini,

Tentyria punctata Schönh. Fabr. Barbaria? Solier = *T. sardaea* var. *barbara* Sol.

Ead., *orbicollis* Latr. = *T. Salzmanni* Sol. var. elytris obsoletissime sulcatis, subtiliter undulato-rugosis; a *T. nomade* Pall.

sardeae mediae magnitudinis pares variant thorace lateribus minus rotundato, subtilius in una, crebrius profundiusque in altera punctato.

Var. *Tarquinia*: specimina quaedam prope Cornaetum (antiqua Tarquinium), D. Bargagli legit, quibus corpus sat nitidum, thorax atque elytra subtiliter punctata, ille basi utrinque magis angulatim emarginatus, ab emarginatura ad angulum basi oblique recte, margine mediae basis crassiore.

T. grossa Bess., *sicula* Sol. longe minus frequens videtur, parvum ejus numerum in collectionibus reperi, non modo in Sicilia set et in Sardinia interdum occurrit: specimina duo nom. *orbicularis*, utpote Pisis in Etruria lectis, a D. Meda communicata, speciei insignia referunt, at elytra obsolete subsulcata.

Frequentior e contra omnibus fere in meridionalibus Italiae plagis atque sat diffusa *T. italica* Sol. in majoribus insulis (rarius in Sardinia) nonmodo sed et in Calabria sive ad mediterraneum, sive ad adriaticum mare, tum in Romana provincia, quam in Etruria atque ad Ravennam, mediocriter nitidula plerumque, haud raro, uti in dalmatinis speciminibus, plus minusve opaca. Illis, eis praesertim quae thorace lateribus tantisper latiore gaudent, a Soliero in collectionibus nom. var. *Romana* impositum.

T. grossae Bess. siculis speciminibus totius corporis, thoracis praesertim forma valde proxima nova verisimiliter sp. *T. punctiventris*, at corpore longiore, elytris minus ampliatis, eam inter atque *gigantem* Fald. quodammodo intermedia: epistoma antice obtuse angulatum; sulcus gularis profundus, margine postico plus minusve crenulato; caput lateribus infra sat crebre, plus minusve profunde sat fortiter punctatum; thorax paulo parcus quam in *grossa* punctatus, ut in ea leniter basi subbisinuatus, margine medio vix crassiore; elytra carina basali plus minusve crenulata vel undulata, distinctius, saepe crebrius punctata; abdomen distincte plus minusve profunde subtiliterque punctatum, punctis a basi ad apicem sensim subtilioribus: abdomen in *grossa* saepe laeve, interdum granulis punctiformibus minutis basin versus solummodo conspicuis obsitum. Statura *punctiventris* plerumque paulo, interdum dimidio minor quam in *grossa*.

E Persia septentrionali ad Tauris a D. Doria relata.

thorace dorso paulo profundius, elytris tantisper densius punctatis, thoracis pleuris minus subtiliter rugatis vix distincta.

Tentyria punctata? Corsica Rambur = *T. Ramburii* Sol.

T. sibirica Sibiria Gebl. = *T. nomas* Pall. var. *sibirica* Gebl. Una ex his thorax profundius, elytra crebrius uti in praecedente barbarica *Salzmanni* punctata.

T. nomas, taurica Fisch. Rossia mer. Fischer, Kislar, Godet, Kirghisis Eschscholtz = *T. nomas* Pall.: prima in serie opaca, thorace elytrisque crebrius punctatis, thoracis lateribus subtus densius subtiliusque strigosis.

Ead. Pall., *podolica* Besser Podolia australi = *T. nomas* var. *rugulosa* Germ.

Ead. var.? *podolica* Bess. Turcomannia Mannerheim = *T. nomas* valde opaca, elytris obsolete corrugatis, impunctatis, thoracis pleuris obsolete strigosis.

T. punctulata Mén. Rossia mer. Ménétries = *T. gigas* Fald. var. thorace angulis posticis leviter prominulis, basi utrinque paululum magis sinuato, elytris distinctius punctatis.

Ead. Turcomannia Faldermann nom. *grandis* = *T. gigas* Fald. specimine D. Breme, uti typico, recentius a Ménétries misso statura minor, elytris pariter subtilissime parum perspicue punctatis, var. *laevicollis* Gebl. verisimiliter.

T. syriaca Dej. Syria Latreille = *T. rotundata* Br. graecis omnino conformis. (Erratam huc patriae indicationem, vel unicum specimen in theca ab inferiore linea hoc transpositum suspicor.)

T. striatopunctata Mén. Rossia mer. Ménétries = *T. clavata* Kr. Omnibus notis hujus descriptioni convenire videtur. Unicum spec. sat nitidum.

T. lusitanica Dej. Lusitania = *T. curculoinoides* Herbst.

T. emarginata Ramb. Hisp. mer. Cadice Rambur = *T. Thunbergi* Stev., *bipunctata* Sol. Kr. duo nulla ratione ab Africae borealis speciminibus discedentia. Accedunt duo ex Andalusia a D. Ghiliani relata, quae verae *emarginatae* Kr. convenienter.

T. mauritanica Dej. Barbaria, Tripoli = *T. mauritanica* n. sp. de qua infra, foemina forte, hisc tantummodo discedit: thorax paulisper minus elongatus, minus alutaceus, distinctius, utrinque praesertim, punctatus, basi utrinque paulo magis sinuatus; elytra obsoletestrigosula, vix perspicue punctata, minus nitida; sulcus gularis foveola media evidentiore impressus, prosterni processus leniter apice incurvus.

Tentyria maroccana Dej. Barbaria, Tangeri Westermann
= *T. maroccana* Sol.

T. rugosostriata Ramb. Hisp. mer. Gibraltar Rambur = *T. maroccana* Sol. Corpore breviore, thoracis lobo basali medio haud marginato, elytris basi penitus immarginatis ab *elongatae* Waltl var. *rugosostriata* Ramb. distincta.

T. arenaria Ramb. Hisp. Malaga Rambur = *T. elongata* Waltl var. *arenaria* Ramb.; ultima e serie = var. *rugosostriata* Ramb. Omnibus hisce utpote plurimis sive a D. Ghiliani in Andalusia collectis, sive a Soliero nom. *arenaria* et *rugosostriata* missis elytra basi plus minusve breviter marginata, statura autem plerumque validiore, corpore minus brevi, thoracis praecipue sculptura a *maroccana* et *subcostata* distinguenda.

T. grandicollis Dej. Sicilia? = *T. taurica* Tausch. varietas bessarabicis speciminibus dimidio minor, elytris minus ampliatis, caeteris cum genuinis conveniens. Accedit hoc specimen, Roma Solier = *T. italica* Sol. e majoribus, opaca, profunde punctata, elytris subtiliter pliculatis.

T. corsica Dej. Corsica Rambur = *Pachychila Servillei* Sol.

T. pygmaea Dahl Sardinia Gené = *P. Servillei* Sol. var. *pygmaea* Gené.

T. exculta Buquet Algeria S. Fargeau = *T. Thunbergi* Stev., *bipunctata* Sol. Kr.

T. elongata Dej. Aegypto Schüppel = *T. mauritanica* ¹¹⁾ nov. sp.: *Nigra, subnitida, capite subtiliter crebreque, thorace subquadrato parum crebre, elytris oblongis obsoletissime punctatis; thorace basi apiceque aequaliter attenuato, lateribus modice, media basi utrinque sinuata magis rotundato, angulis posticis obtusis; elytris basi fortiter marginatis; sulco gulari recto, profundo.* Long. 6 lin.

Facie *T. nomadi* nonnihil affinis, capite vero thoraceque magis elongatis, eorundem structura *glabrae* Sol. atque *Latreillei* Sol. valde proxima, ab hisce capite fortius crebriusque punctato, elytris postice minus ampliatis distincta: *Mulsanti* Lucas descriptioni nequidem accedere videtur.

Caput oblongum, parum convexum, carina super-oculari longiuscula, sat arguta; epistomate haud crassulo, apice triangulari subtiliter dentato; supra crebre, distinete, sat profunde punctatum;

¹¹⁾ Nomen, ut supra, speciei a Dejeanio impositum mutare non censui, quamvis minus proprium, quatenus neque Tripolis neque Aegyptus Mauritania a latinis appellati forint.

oculis modice prominulis; antennis graciliusculis, articulo tertio secundo triplo fere longiore; sulco gulari subrecto, sat profundo, margine postico crassulo, medio pārum late interrupto. Thorax longitudine vix latior, antice posticeque aequaliter parum attenuatus, antice recte truncatus, lateribus regulariter modice rotundatus, apice recte truncatus, angulis anterioribus deflexis, rectis, apice obtusatis, basi media late sat rotundata, utrinque sinuata, angulis posterioris obtusis, apice utrinque, lateribus subtiliter, basi fortius marginatus, sulculo marginali baseos latiusculo profundoque; disco modice, ante basin transversim magis, convexus, subtiliter, obsolete subaequaliterque punctatus. Scutellum parvum, triangulare. Elytra basi subrecte truncata, sat crasse, parum alte marginata, humeris haud prominulis, oblongo-ovalia, utrinque ab humeris sensim, inde usque fere pone medium ampliata, apicem versus attenuata, regulariter sat convexa, subtilissime, uti thorax obsolete punctata, punctis dorso vix per series aliquantis per condensatis. Corpus supra nitidum, non vero ut in *glabra* et *Latreillei* laevigatum, inferne ut in eis nitidissimum. Thoracis latera utrinque sparsim subtiliter, ad acetabula tantisper densius et subrugose, punctata, prosterni lateribus obsolete punctulatis; hujus processu cordiformi, medio late impresso, apice reflexo, acuminato. Pedes mediocres, tibiis anticis subrectis.¹²⁾

¹²⁾ *Huic proxima T. Sommieri n. sp.: Nigra, capite thoraceque nitidis, elytris elongato-ovatis, opacis, rugulosis; antennis capite cum thorace brevioribus, illo subtiliter, hoc subtilissime, disco obsolete, punctatis; thorace subrotundato, angulis anticis deflexis, lateribus subtilius, basi tenuiter marginato obsoleteque utrinque sinuato; sulco gulari profundo, recto.* — Long. 7 lin.

Corpore valde elongato medioque magis constricto, facie in hoc genere singularis, thoracis forma *T. glabrae* Sol., elytrorum ambitu *orbiculatae* Fabr. tantisper affinis, his autem basi adhuc quam in ea angustioribus. Caput subquadratum, epistomatis margine antico tantisper crassulo, medio subtiliter dentato, carinulis superocularibus parum elevatis, brevibus; oculis parum convexis; subtiliter parum dense punctatum, nitidum: antennae relative breviusculae, articulo tertio quarto vix duplo longiore, 4—10 longitudine sensim descrescentibus. Thorax latitudine vix latior, lateribus modice rotundatus, subtiliter marginatus, basi vix quam apice angustior, apice truncatus, angulis anticis sat deflexis, postice medio late subrotundatus, utrinque obsolete punctulatus, margine postico tenui, angu-

Accedit spee., ex Aegypto verisimiliter, quod *glabrae* Sol. referendum puto. Corpus ei nitidissimum, caput oblongum, sparsim subtiliter punctulatum, epistomate apice crassulo, laevigato; oculi prominenti, valde subconico convexi; thorax oblongus, laevigatus, subtilissime parce punctatus, sulco basali profundo, margine ipso medio elevatulo, subtili; scutellum minutum; elytra elongato - ovata, pone medium usque ab humeris rotundatis sensim ampliata, citius breviusque apice attenuata, margine basali tenui, argutulo, subtiliter punctis per series triplices et ultra longitudinaliter condensatis impressa; sulcus gularis profundus, arcuatus, vix postice interruptus; pleurae utrinque obsoletissime sparsim punctulatae; prosterni processus convexiusculus, integer, obtuse postice attenuatus.¹³⁾)

lis posticis obtusis; dorso modice, lateribus magis convexus, nitidus laevisque, disco subtilissime, lateribus paullulum evidentius parce punctatus. Scutellum pro genere majus, subtransversum, longitudinaliter impressum. Elytra basi truncata, marginata, humeris obtuse angulatis, inde sensim, imo subito, ut in congeneribus plerisque, ultra medium utrinque leniter ampliata, elongato-ovalia, dorso longitudinaliter depressiuscula, opaca, fere alutacea, impunctata, plus minusve obsolete rugulosa. Sulcus gularis profundus, parum latus, rectus, margine postico integro, plus minusve obsolete bidentato. Corpus infra laevissimum, omnium subtilissime parce punctulatum; thoracis pleuris obsoletissime strigulosis vel punctulatis, prosterni processu planiusculo, apice vix reflexo. Pedes longiusculi, nitidi, tibiis extus parcius punctatis, anticis leniter arcuatis.

Quaedam specimina in insula Mediterranii Linosa D. Sommier florentinus, botanices eximius cultor collegit.

T. Strauchii Kr. affinis etiam forte, sulco gulari profundiore, elytris haud striatis praesertim abscedens.

¹³⁾) A *T. glabra*, etsi major, haud longe abscedit *Tentyriae Latreillei* Sol. varietas ad Cafsa in Tunetana regione a Prof. Lessona lecta, cui corpus supra parum convexum, elytris praesertim nitidissimum, thorax subquadratus, lateribus modice vel parum rotundatus, disco obsoletissime punctulatus, basi utrinque paullulum late sinuatus, elytra laevia, basi fortiter marginata, margine in uno crenulato; sulcus gularis profunde impressus, margine postico haud crenulato, medio interrupto. Antennis pedibusque inter congeneres e gracilioribus, oculis minus transversis, valde convexis, prominulis distincta: capitis punctura subtilis, antice densior et subtilissima;

Tentyria lucida Dej. Aegypto Solier = *T. eadem* (*Microdera*) Sol.

epistoma dente sat valido munitum, subincrassatum; carinae superoculares sat elevatae, longiusculae.

Una cum supra relatis corpore elongatulo agnata quoque *T. puncticeps* Miller, cuius duo minora syriaca specimina in Genuensis Musaei collectione prostant: hic referenda a D. Doria in Persia septentr. lecta var. *persica*; major, elytris relative longioribus, thorace minus depresso, fere cordiformi, basin versus magis attenuato, distinctius, ad angulos posticos fortius subaequaliter punctato; epistomate magis incrassato; oculis pariter sat convexis atque prominulis, palpis equidem, non vero antennis apice rufescensibus: sulcus gularis margine postico medio latius interrupto, interruptionis fundo plano, laevi, spinulis duabus anterius divergentibus, depressis munito.

Statura pariter elongata, *T. giganti* Fald. habitu tantisper affinis *T. parallela* n. sp.: *Elongata, nigra, subnitida, capite thorace que minus crebre, distincte punctatis; oculis prominulis; thorace transversim subquadrato, lateribus rotundato, basi subrecte truncato; elytris elongato-ovatis, basi subrecte truncatis, marginatis, lateribus parum rotundatis, brevius apice attenuatis, subtiliter parum crebre punctatis; sulco gulari transverso, profundo; prosterni processu reclinato.* — Long. $7\frac{1}{2}$ —8 lin.

Variat elytris tenuissime subsulcatis, punctura in sulculis condensata, plerumque minor.

Variat elytris obsolete transversim plicato-corrugatis, punctura minus conspicua, plerumque major.

Corpo elongato magisque parallelo inter congeneres insignis, elytrorum forma, e mihi cognitis, sola *T. puncticeps* Mill. hinc accedit, ea major; epistomate deplanato, capite thoraceque subtilius punctatis, hoc basin versus longe minus attenuato, margine postico utrinque subsinuato; elytris apice magis fere obtusis; prosterni processu magis curvato, obsoletius sulcato distincta.

Caput leviter oblongum, inter antennas interdum obsolete transversim impressum, subtiliter, parum crebre, inaequaliter punctatum, epistomate antice rotundato, minute dentato; oculi transversim, longitudinaliter sat convexi, prominuli. Antennae mediocres et palpi nigra. Thorax leviter transversus, longitudine vix sesqui latior, basi vix quam apice angustior, lateribus regulariter arcuatis, dorso planiusculus, utrinque convexus, apice recte truncatus, angulis an-

Tentyria aegyptiaca Dej. Aegypto Sol. = *T. orbiculata* Fabr., *aegyptiaca* Sol. statura atque elytrorum sculptura variabilis.

T. punctatostriata Dej. Aegypto Sol. = *T. punctatostriata* Sol.

Ex Dejeanii coll. hae insuper prostant species in Catalogo haud transcriptae.

Tentyria oblonga Dej. Hisp. Barcelona Solier = *T. mucronata* Stev. v. *oblonga* Sol.

T. algirica Dej. Algiria, quibus accedit spec. nom. *subcostata* Sol. Barbaria folliculo inscriptum = *T. subcostata* Sol., admonitis etiam a D. Kraatz apprime convenientes.

T. Floresii Sardinia Gené = *T. Floresii* Gené.

T. monticola Sardinia Gené = *T. Floresii* Gené var. majo r hisce, utpote eis, quae typica in sardoa R. Taur. Musaei collectione a Prof. Gené ad M. Spada reperta atque nom. *monticola* donata, elytrorum fossulae, seu puncta majora sat remote a basi incipiunt, unico ex illis specimini, reliquis commixto, puncta eadem a basi exoriuntur, neque a genuinis *Floresii* specifice distinguenda puto, nonnisi quam hujusdem var. major.

T. rugosa Gené Sardinia Gené = *T. ead.* Gené.

ticis valde deflexis, rectis, basi subrecte truncatus, utrinque breviter leniterque sinuatus, angulis posticis obtusis subtilissime, basi subtiliter marginatus, parum dense subtiliter, minus aequaliter punctatus. Elytra thorace ultra triplum longiora, singulo basi, tantisper oblique, subrecte truncato, subtiliter marginata, humeris anguste rotundatis, lateribus parum rotundata, latitudine maxima ultra medium, dorso longitudinaliter planiuscula, postice brevius declivia atque rotundatim attenuata, subtiliter parum dense punctulata; in maribus (?) interdum longitudinaliter subsulcata, punctura quandoque (uti in Milleri specie occurrit) super porcas oblitterata atque in sulculis leviter condensata, interdum ubique obsoleta; in foeminis (?) quibusdam punctura aequa parcus distributa, tegumento plus minusve rugose plicatulo, minus nitido. Pedes graciles, elongati, tibiis anticis in mare (?) graciliusculis, sat arcuatis; thoracis pleurae sparsim distinete, ad acetabula atque prosterni latera crebrius et fortius, haud intricata, punctata; prosterni processus latiusculus, haud sulcatus, inflexus, dente minuto, breviter reflexo, mesosterni basin versus, non vero retrorsum spectante. Sulcus gularis profundus, leniter arcuatus, in foemina brevior quam in mare (?), ejus margine postico foveola aliquando impresso.

Plura in Persia septentr. ad Tauris D. Doria nactus est.

Tentyria rugipennis Dej., *scabripennis* De Crist. Constantinopoli De Cristofori = *T. angulata* Br. Unicum spec. reaspe quibusdam, quae ex Asia minore in coll. Pavensis Musaei nom. *Wiedemanni*¹⁴⁾ atque e Kurdistan in coll. mea eodem designatur valde proximum, eum, nihilominus, thorace basi media angulatim producto, pluribusque characteribus congruis ad *angulata* Br. sec. Solier adscribere censui. Accedit spec. nom. *scabripennis* patr. inc. = *T. taurica* Tausch. var. *Fischeri* Sol.

¹⁴⁾ *Tentyriae Wiedemanni* affine specimen Peirolerio olim a Durazzo missum, nom. *bosphorana* ex Propontidis verisimiliter oris, quod thoracis praesertim sculptura pluribusque vix ejus pro varietate habendum. Facie *tessulatae* atque *scabripenni* fere intermedium, capitis thoracisque punctura longe alia. Caput parum convexum, epistomate haud incrassato, impressione transversa obsoleta postice a fronte distincto, apice rotundato, medio subdentato; fronte parum crebre sat fortiter punctatum, punctis utrinque undulatim obsolete colligatis; antennae validiusculae, articulo tertio magis elongato: sulcus galaris angustus, submento media basi sat impresso, sulci margine postico late interrupto, subbidentato. Thorax structura proprius *scabripenni* accedere videtur, lator, lateribus magis rotundatus, non vero convexior lateribus ante basin breviter sat sinuatus, medio late productus, margine basali haud incrassato, antico vix medio interrupto; dorso medio longitudinaliter sat crebre fortiterque, latera versus sensim subtilius minusque crebre punctatus; pleuris infra superne obsoletissime sparsim, inferne una cum thoracis lateribus asperato punctatis, prosterni processu pone coxas valde curvato. Scutellum triangulare (in *tessulata* transversum, in *scabripenni* hemisphaericum). Elytra ampla, humeris late rotundatis, dorso parum, postice magis depressa, basi subtruncata, subtilius quam in *scabripenni* marginata, basi obsolete, apicem versus distinctius sulcata, interstitiis latius obsoletiusque undulatim interruptis. Pedes validi, breviusculi.

Thoracis structura *angulatae* Br. quodammodo etiam affinis; punctura alia.

T. tessulatae Tausch. varietas e M. Balkan (Turcomanniae?) nom. *cancellata* Fisch. in vetere Peirolerii collectione a genuinis corpore convxiore, antennis palpisque pube griseo-flavescente densius obtectis, thorace subtilius punctato, basi utrinque paulo magis emarginato, elytris regulariter striatis, interstitiis transversim regularius intersectis, impunctatis, sulco gulari angulato abscedit.

Tentyria inaequalis Dej. Algiria, Bona, Koenig = *T. excavata* Sol.

Ead. Tunisi Barthelemy, Algiria Dupont = *T. ead.* var. *scabriuscula* Sol.

T. tessulata Stev. Iberia (Georgia) Stev. Turcomannia Mannerheim. *taurica* Ménétries Sibiria = *T. tessulata* Tausch.

T. scabripennis Dej. Oriente Olivier, *tessellata* Faldermann Persia = *T. scabripennis* Sol. Primum spec. var. *Olivieri* Sol. Alia accedunt e Persia Doué atque a D. Breme addita, crassiora, nitida, thorace parcus punctato, elytris fortius obsoletiusque rugosis quae ad var. *alpina* Redt. referenda. Utraque et in Persia a D. Doria copiose lecta.

T. coriacea Kl. Aegypto Klug = *Rhytinota scabriuscula* Latr.

Eadem, *morio* Bohemann Nubia = *R. morio* n. sp.: *Nigra, opaca, capite thoraceque sat crebre subtiliter punctatis, hoc subcordato, basi leniter rotundato, angulis posticis rectis; elytris basi subtiliter marginatis, obsolete striatis, interstitiis leviter interruptis, vix punctatis.* — Long. $5\frac{1}{2}$ lin.

Rhytinota scabriuscula dimidio minor, *praelonga*e corporis forma, thorace praesertim, affinis, at capitis thoracisque punctura multo crebriore magisque distincta, hoc aliter extucto elytrisque striatulis omnino discedens.

Corpus atrum, oblongum, superne opacum, inferne parum nitidum. Caput parum convexum, super antennas utrinque vix elevatum, carinis superocularibus obsoletis, aequaliter sat crebre punctatum; epistomate apice rotundato, denticulo medio munito, utrinque vix (longe minus quam in *Sphaenariopsi tristi* Kr.) sinuato. Antennae minus validae apicemque versus sensim paulo magis quam in *praelonga* attenuatae. Thorax latitudine sua maxima ante medium sita vix longior, subcordatus, apice recte truncatus, angulis anticis deflexis, anguste rotundatis, lateribus anterius sat, basin versus pone medium sensim magis attenuatus, ante angulos posticos minutos, rectos, extrosum vix prominulos minus breviter sinuatus, basi late rotundatim subproductus, vix utrinque sinuatus, lateribus subtilissime prorsus, basi tenuiter marginatus, sulculo basali tantisper medio profundiore, dorso subdeplanatus, paulo minus crebre medio, quam lateribus punctatus, punctis ad latera anterius (ubi corpus animalenlo vivente frictione haud detritum) breviter fulvopiliferis. Scutellum, uti in memoratis speciebus, infossum. Elytra basi tenuiter marginata, singulo oblique truncato, humeris vix prominentibus, basi maxima thoracis latitudine augustiora, abinde, pone

medium usque, lateribus sensim paullulum ampliata, brevius quam in *praelonga* apicem versus attenuata, dorso medio planiuscula, utrinque modice, apicem versus magis convexa, subtiliter obsoleteque longitudinaliter decemstriata, striis dorso minus conspicuis, interstitiis transversim subinterruptis, parce obsoleteque subtilissime punctulata. Pedes, pro statura, tantisper minus quam in citatis speciebus validi, pariter ac in *scabriuscula*, antici praesertim, pilosuli; sulcus gularis modice profundus, medio curvatus, utrinque sinuatus; thoracis pleurae parum crebre, minus subtiliter, prosterni latera obsoletius punctata, hujus processu fere plano, vix impresso: abdomen utrinque parce, medio vix punctatum.

Ex allatis plura cum *R. pilicollis* Kr. conferre videntur, at patria alia, statura minore, antennis articulo tertio secundo sesquiantum longiore, thoracis angulis posticis rectis, elytris striolatis, inaequalibus abunde discedere videtur.

Tentyria deserta Tausch. Rossia mer. Volga Steven, *dorsalis* Fisch., *deplanata* Gebl. Tataria Mannerheim = *Microdera deserta* Tausch.

T. gracilis Esch. Kirghis. deserto et Turcomannia Fald. = *Microdera gracilis* Esch.

T. globithorax Stev., *convexa* Gebl. Sibiria Gebl. Typicum spec. deest.

Ead. Turcomannia Mannerheim = *M. subsulcata* Kr.

T. campestris Stev. Rossia mer. Volga Steven, Turcomannia Mannerheim, *gracilis* Turcom. Karelin = *M. campestris* Stev.¹⁵⁾

Eadem? Bucharia Fischer = *M. gracilis* Esch. v. minor.

¹⁵⁾ *Microdera campestris* plura in Persia merid. et septentr. D. Doria collegit, statura quaedam quam in Turcomanniae speciminibus majore, thorace obsoletius punctato, elytris laevioribus, vix perspicue punctatis variant.

Microderae marginata n. sp.: *Nigra, oblongo-ovalis, parum convexa, nitida, capite thoraceque subtiliter, profunde, parum crebre punctatis, illo utrinque supra oculos subrotundatos carinato anteriusque foveolato, epistomate medio fortiter dentato; thorace subrotundato, basi apiceque truncato, basi crasse marginato, angulis posticis subrectis; elytris elongato-ovatis, basi subtiliter complete marginatis, dorso deplanatis, parce subtilissimeque subseriatim punctatis; sulco gulari utrinque profundo, pleuris prosternoque parce punctatis, abdomine fere laevi.* — Long. 5½ lin.

Habitu *M. campestris* valde affinis, elytris ut in illa configuratis

Tentyria fraterna Mann. *Turcomannia* Mannerheim = *M. subglobosa* Kr. Nigro-picea, pedibus rufo-piceis, antennarum articulo ultimo palpisque apice rufescentibus.

T. convexa Tausch. *Tauria* Steven et Latreille, *elegans* Mén. = *M. convexa* Tausch.

Eadem Deserto Kirghis. Zubkoff, *nana* Mén. = *M. eadem* var. *minor*.

Huc adjunctum spec. nom. *T. Kordofana* Breme e Kordofan = *Tentyria orbiculata* Fabr., *aegyptiaca* Sol. var. *nitidissima*, major, thorace parcus punctato, utpote et in Aegypto et Syria rarius occurunt.

T. convexa, globosa Fisch. *Bucharia* Fischer = *Microdera globulicollis* Mén. Variat etiam minor, nitidior, thorace subtilius

atque marginatis, margine vero basali scutellum usque completo. Corpus nigrum, nitidum, planiusculum, sat elongatum. Caput supra parum convexum, carina superoculari sat elevata, antice utrinque foveolatum, epistomate super antennas utrinque elevatulo, medio subtriangulariter rotundato, dente medio valido, inclinato, utrinque leniter compresso; sat profunde disco et parum crebre punctatum, punctis apice et vertice subtilioribus; oculi minus transversi, subreniformes, superne globosi: oris partes et antennae obscure rufo-piceae, hae relative graciles. Thorax fere orbicularis, longitudo vix latior, basi paulo magis quam apice angustior, apice recte truncatus, angulis anticis deflexis, rectis, postice levissime rotundatus, sulculo marginali subrecto, lateribus subtilissime, basi sensim medio crassius marginatus, dorso parum, utrinque modice convexus, subtiliter, distinete, parum crebre punctatus. Scutellum majus latiusquae quam in *campestri*, triangulare. Elytra elongato-ovata, basi complete marginata, carinula tantisper minus prope scutellum, quam ad humeros rotundatos elevata, sutura dimidio antico elevatulo, dorso utrinque eam secus longitudinaliter depressa, subtilissime parce punctulata, punctis dorso per series modo simplices, modo geminas digestis, serie juxta suturali simplici, apicem usque conspicua. Sulcus gularis utrinque profunde impressus, medio a submenti radice interruptus; thoracis pleurae superne subtiliter, ad acetabula fortius profundaque parce punctatae; prosternum obsolete punctatum, substrigosum, ejus processu cordiformi, ante apicem impresso; mesosternum atque metasterni latera sat fortiter parce punctata, illud basi tumidulum: abdomen sublaevigatum.

In Persia meridionali a D. Doria inventa.

ideoque parcus punctato, elytris laevigatis, evidenter attamen punctatis. Subjunctum hisce specimen, quod pluribus notis specie propria distinctum videtur:

Microdera scyta n. sp.: *Picea, nitida, capite minus crebre thoraceque crebre, profunde punctatis, hoc globoso, anterius valde convexo, postice fortiter angustato, subtus fortiter basi punctato, antice striolato; elytris ovalibus abdomineque subtilissime parce punctatis; antennis pedibusque gracilibus, longiusculis.* — Long. $4\frac{1}{4}$ lin.

M. globulicollis summopere affinis, hac atque *convexa* antennis praesertim magis elongatis, gracilioribus, thorace hac postrema etiam crebrius fortiusque punctato, dorso quam in utraque convexiore, elytris dorso minns convexis, tantisper brevius ovatis discedens.

Corpus superne piceum, infra rufo-piceum, nitidum. Caput sat elongatum, supra parum crebre, minus subtiliter distinctius, ad epistoma subtilius punctatum; hoc apice rotundato, dente medio reclinato, validiusculo; oculis superne paulo magis rotundatis; antennis sat gracilibus, articulis 4—7 crassitie duplo prope longioribus. Thorax fere ut in *globulicollis*, lateribus autem ante medium utrinque nec non dorso magis convexus, a medio inde basin versus sensim sat attenuatus, angulis posticis tantisper latius rotundatis, sat profunde minusque subtiliter punctatus, punctis postice utrinque oblongiusculis, quibusdam longitudinaliter junctis, carina marginali baseos depressa, latiuscula. Elytra basi utrinque subtilius quam in eadem carinata, humeris, postinde lateribus paulo magis rotundata, dorso haud depressa, aequalia, subtilissime sparsim punctulata. Caput infra laeve, sulco gulari profundo, latiusculo; thoracis pleurae parum crebre, fortiter punctatae, punctis antice una cum prosterni lateribus in strigas validas coadunatis, prosterno medio subtiliter parce punctato, ante et inter coxas distinctius marginato, longitudinaliter medio elevato, pone coxas reflexo, planiusculo, breviter acuminato. Metasternum pone coxas fortiter parceque, abdomen subtilissime sparsim punctata. Variat minor, punctura in singulis corporis partibus tenuiore, vel obsoletiore, thoracis pleuris rugulis minus impressis, caeterum formae complexu ab affinibus facile distinguenda. Bucharia.

Mesostena punctipennis Dej. Aegypto et Nubia = *Mesostena punctipennis* Sol. et *M. laevicollis* Sol. Hujus postremae specimina addita e Barbaria, Sennaar atque Senegambia!

M. puncticollis Sol. Oriente Latreille, Arabia Parreyss =

M. puncticollis Sol. Etiam in Persia merid. atque boreali a D. Doria copiose lecta.

Mesosten a angustata Dej. Nubia Latreille = *M. puncticollis* Sol. immatura, thorace tantisper latiore, punctorum seriebus ad elytra minus crebris. ¹⁶⁾

(*M. Aegypto* absque nomine = *Mesostenopa picea* Kraatz).

(*M. angustata* Dej. Nubia et Sennaar = *Mesostenopa habessinica* Kr. ¹⁷⁾)

¹⁶⁾ *Mesosten a guineensis* Dej. coll. Senegal Bartels cum *M. parvula* Reiche congruere videtur, nonnisi quam elytrorum seriebus punctis adhuc obsoletioribus conflatis distincta.

¹⁷⁾ *Mesostenopa major* n. sp.: *Oblonga, nigro-picea, parum nitida, capite utrinque fortiter, disco thoraceque subtiliter punctatis; hoc subcordato, basi crasse marginato, subrecte truncato; elytris modice convexis, fortiter seriatim punctatis, abdomine punctato.* — Long. $5\frac{1}{4}$ lin.

M. longicorni Kr. proxima. Corpus nigro-piceum, capite thoraceque nitidulis, elytris opacis, *picea* atque *habessinica* major, multo robustior. Caput ut in *picea* efformatum, utrinque super antennas pariter elevato-incrassatum, elevatione cum carinulis superocularibus validis continuata, epistomatis vero margine antico inter illas regulariter rotundato, fronte inter antennas utrinque profundiis late foveolata, capite disco inter eas convexiore, utrinque et basin versus parum crebre fortiterque, medio atque ad epistoma subtiliter punctato. Sulcus gularis latus, profundus, arcuatus, postice medio fovea longitudinali late interrupto, submenti basi media triangulariter in sulco producta. Antennae capitis cum thorace prope longitudine, articulo tertio secundo sesqui fere longiore, hoc quarto paullulum longiore, quarto-decimo longitudine sensim decrementibus sensimque magis obconicis, decimo crassitie sua vix breviore, ultimo minore, apice valde oblique truncato. Thorax latitudine sua maxima ad trientem anticum sita fere longior, basin versus sensim angustatus, lateribus anterius fortiter rotundatis, pone medium basin usque subrectis, apice fere recte truncatus, angulis anticis deflexis, subrectis, basi subrotundatim truncatus, angulis posticis obtusis, ad anticos sat, lateribus subtiliter, basi crasse marginatus, sulculo basali profunde impresso, utrinque leviter sinuoso, margine medio sensim latiusculo, utrinque graciliore, extus ultra angulos posticos acute breviterque prominulo; dorso modice convexus, inaequalis, basi ante sulculum marginale crassiusculus, disco

(*Micipsa grandis* Kr. Aegypto a Prof. Bellardi inventa.)

(*M. velox* Guér. ♂ Curubi in Tunetana regione a Prof. Les-

subtiliter parceque, lateribus et angulos posticos versus sensim fortius et paulo densius punctatus. Scutellum parvum, fere triangulare. Elytra basi thoracis baseos paullulum latiora, carina basali ad humeros crassiuscula, scutellum versus sensim graciliore, ad latitudinis ab eo trientem evanescente, oblongo-ovata, ab humeris ultra medium usque lateribus sensim ampliata, inde apicem usque attenuata, dorso parum convexa, haud depressa, punctato substriata, punctis pro statura majusculis, discretis, in singula stria sat profundis, externis tantisper majoribus, in nona minoribus, antice oblitteratis, interstitiis fere impunctatis. Pedes sat elongati, femoribus praesertim obscure rufo-picei, illis punctulatis, tibiis subscabris. Thoracis pleurae atque prosterni margo ante et inter coxas grosse, parum crebre punctata, prosterni processu mesosternoque fere uti in *picea* extractis. Abdomen subtiliter sparsim punctatum, pone coxas posticas punctis majoribus, quibusdam ad segmenti primi latera impressum, quinto crebrius punctulato. Specimini descripto, mari?, aliud consociatum, foemina fortasse, capite thoraceque fere opacis, illo basi et utrinque fortius punctato, hoc dorso magis inaequali, ante basin magis crassulo, lateribus paulo magis rotundato, latitudine ejus maxima ad medium circiter sita; elytris basi magis emarginatis, dorso postice magis convexis, apicem versus citius magisque declivibus. Utraque in Persia merid. a D. Doria reperta.

Micipsa dentrix n. sp.: *Oblonga, nigra, subnitida, capite thoraceque minus subtiliter, aequaliter punctatis; thorace oblongo, basin versus angustato, basi subsinuato, angulis posticis acutis; elytris oblongis, subtilius parum dense punctatis, substriatis; epistomate triangulariter producto.* — Long. 5 lin.

Praecedente minor, elytris praesertim elongatis, haud ovalibus *M. piceae* corporis forma proprius accedere videtur, ea tantisper major et robustior, capite thoraceque longe fortius atque distinctius punctatis, elytris substriatis, vix magis in striis, quam interstitiis punctulatis praesertim distincta: epistomatis structura inter congenere insignis.

Caput ut in affinibus, utrinque super antennas vero minus elevatum, carinula superoculari longiore, magis elevata, arguta, foveis anticis mediocribus, impressione transversa plus minusve obsoleta junctis: epistoma crassulum, medio apice in dentem latiusculum triangulariter productum, margine antico utrinque, ad dexterum for-

sona¹⁸⁾). Nigra, infra cum pedibus, epistomate oreque rufo-piceis, antennarum articulis penultimis tribus crassiusculis, obconicis, ul-

tius, emarginato; frons et vertex subaequalia, puncturae dispositione uti in praecedente; sulcus gularis sat profundus, parum arcuatus, brevius foveola oblonga postica interruptus. Antennae graciles, capitis cum thorace vix longitudine, articulo tertio secundo duplo fere longiore, hoc quarto tantisper longiore, quarto-decimo longitudine sensim descrecentibus, decimo crassitie fere breviore, ultimo apice oblique truncato. Thorax latitudine sua maxima, ad quadratum anticum fere sita, evidenter longior, basin versus attenuatus, apicem versus convexior lateribusque magis rotundatus, hisce leniter a quadrante vel triente antico basin usque rotundatis, ante basin paullulum vel vix sinuatis, angulis anticis leviter deflexis, anguste rotundatis, posticis acutiusculis, leviter prominulis, utrinque subtiliter, basi paulo crassius marginatus, hac medio leviter rotunda utrinque levissime sinuata, dorso subaequalis, ante basin levissime tumidulus, subaequaliter, distinete, sat profunde punctatus, punctis oblongiusculis. Scutellum mediocre, transversum. Elytra elongata-ovata, basi emarginato-truncata, in integrum, fortius quam lateribus, marginata, humeris antice subprominulis, abeis sensim leviter ad latera rotundata, per horum trientem medium subparallela, longitudinaliter dorso, minus quam in *picea*, depressa, substriato-punctata, striis basi apiceque obsoletis, earum punctis dorso paullulum profundiusculis, omnibus parce et inaequaliter distributis, basi apiceque subtillimis. Pedes fere uti in *picea*, distinctius punctati, femoribus basi minus gracilibus, tarsis longiusculis: thoracis pleurae et prosternum ante coxas grosse, parum profunde punctata, hujus processu triangulariter impresso, pone coxas sursum curvato, apice reflexo-acuminato; mesosternum media basi obsolete fossatum, ejus episternis abdomineque pone coxas utrinque grosse, medio plus minusve subtilius parciusque punctata.

Corporis habitu, mento breviusculo, apicem versus minus attenuato, latius apice emarginato pluribusque cum memoratis *Mesostenoparum* speciebus affinitatibus huic generi speciem hanc adscribere potius quam *Tentyriae* censui, quaedam etiamsi cum *T. Haagii* Kr. convenire videantur.

In Persia merid. a D. Doria collecta.

¹⁸⁾ *Micipsa persica* n. sp.: *Nigra vel nigro-picea, pedibus piceis vel ferrugineis; antennis articulo tertio valde elongato; capite crebre punctato, epistomate utrinque sat emarginato, thorace*

timo praecedentium trium longitudinem aequante, rufo-testaceis. Ab auctoris descriptione variat thorace dorso medio obsoletissime lon-

transverso vel subtransverso, longitudinaliter crebre strigoso; elytris ovalibus, vel obovatis, opacis. — Long. 4—6½ lin.

Mas plerumque obovatus, corpore magis parallelo, epistomatis margine antico utrinque fortius emarginato, antennarum articulo ultimo praecedente parum longiore, thorace ut plurimum latitudine triente tantum breviore; elytris oblongo-ovatis; tibiis anticis gracilioribus, magis curvatis.

Foemina saepius ovalis, thorace latitudine dimidio fere breviore, antice posticeque minus attenuato, elytris plerumque ovalibus, antennarum articulo ultimo praecedente haud longiore, tibiis anticis minus curvatis. Variat plus minusve dilute ferruginea, praeter magnitudinem, thoracis etiam strigis haud raro disco plus minusve obsoletis; in illaesis rugae longitudinales minus subtile, undulatae. Caput mediocriter crebre, sat profunde punctatum, epistomate medio convexo, utrinque ante apicem foveolato, foveis in foemina interdum transversim connexis; labrum sat porrectum, rufo-testaceum. Antennae, in mare praesertim, longiusculae, articulo tertio sequentium duorum longitudinem abunde aequante, penultimus in mare leviter, magis quam in foemina, obconicis. Thorax dorso plus minusve convexus lateribusque rotundatus, angulis anticis prominulis acute, posticis obtusius rectis: ejusdem pleurae cum prosterni lateribus plus minusve fortiter, praesertim in mare, strigosae, prosternum medio in foemina nitidius. Abdomen plus minusve obsolete subtilissime punctatum. — Plurima e Persia merid. ad Bender Abbas D. Doria retulit.

Stegastopsis babylonicae Kr. specimen in Civici Pavensis Musaei collectione nom. *Mesostenae laevicollis?* e Rossia merid.! indicatum: ei congeneres sequentes meo judicio.

Stegastopsis persica n. sp.: *Oblonga, parum convexa, nigra, nitidula, capite thoraceque minus crebre, distincte punctatis, illo tenuiter supra oculos carinato; thorace longitudine latiore, retrorsum angustato, lateribus rotundatis, breviter ante basin sinuatis, apice truncato, basi subbisinuato; elytris substriatis, subtiliter, parum dense, dorso subseriatim punctatis.* — Long. 3¾ lin.

S. babylonicae pluribus sat conveniens, hisce praecipue discedit: caput minus subtiliter, minus crebre punctatum, carinula supra-oculari tenui, antennis aliquantis per gracilioribus: thorax relative latior, lateribus magis rotundatis, brevius adhuc, obsolete interdum

gitudinaliter pliculato, pleuris etiam ad acetabula late leviterque plicatis: totius attamen corporis structura huic referendam puto.

ante angulos posticos sinuatis, hisce valde obtusis, vix prominentibus, carinula basali vix crassiore, dorso distinete, minus subtiliter punctatus: scutellum pro statura majus, transversum: elytra relative breviora, obtusius apice attenuata, dorso convexiuscula, sparsim punctata, punctis tantisper majoribus per series digestis, in sulculis obsoletissimis, dorso praesertim notata: thoracis pleurae superne obsoletissime vase punctulatae, medio et acetabula versus latius substrigosae, rugulosae potius pariter ac prosterni latera, hoc longitudinaliter latius medio laevi. Variat interdum elytrorum punctura obsoletiore, minus distincte seriatim disposita.

Copiose in Persia merid. ad Schirasium, quaedam et in Persia bor. a D. Doria collecta.

Stegastopsis crassicornis n. sp.: *Minor, oblonga, capite thoraceque crebre, profundius punctatis, illo tenuiter supra oculos carinato, antennis crassiusculis, subcylindricis: thorace transverso lateribus modice rotundato, retrorsum parum angustato, basi apiceque truncato; elytris substriatis, parum dense, dorso subseriatim punctatis.* — Long. $3\frac{1}{5}$ lin.

Praecedenti valde affinis, minor, antennarum thoracisque strutura singillatim distincta. Caput et thorax paulo minus nitida, confertim profundius punctata, epistomate aequa ac in ea et in *babylonica* extracto denteque medio tenui acutiusculo antice munito; sulcus gularis brevior, minus profundus, foveola profundiore medio interruptus. Antennae relative breviores, robustae, subcylindricae, fortius punctatae, articulo tertio secundo vix sesqui longiore, sequentibus longitudine sensim decrescentibus, arcte adpressis, penultimis duobus crassitie brevioribus, ultimo minore, apice oblique truncato. Thorax transversus, lateribus regulariter fere rotundatus, basi paullulum solummodo quam apice angustior, minus convexus, basi subtiliter tam fere quam lateribus apiceque marginatus, angulis posticis obtusis, basi recte truncatus. Elytra fere ut in *persica*, basi tenuiter marginata, humeris carinatis, magis fere prominulis. Thoracis pleurae longitudinaliter subrugoso-punctatae uti et prosterni latera, hujus processus inter coxas aequalis, minus curvatus, apice imuticus; mesosterni scuto laevi, episternis, metasterni abdominisque ateribus fortius, hoc longitudinaliter medio obsoleto parciusque, punctatis: tibiae omnes tantisper magis quam in *persica* flexuosae.

E Persia septemtr. a D. Doria relata.

*Hyperops*¹⁹⁾ *minuta* Tausch., *pygmaea* Fald., *pusilla*

¹⁹⁾ *Hyperops Doriae* n. sp.: *Nigro-picea*, *convexa*, *nitida*, *capite thoraceque minus crebre*, *distincte punctatis*, *hoc latitudine vix longiore*, *subcordato*; *elytris elongato-ovalibus*, *striato-punctatis*, *interstitiis uniseriatim subtilissime punctulatis*; *antennis parum crassis*, *articulis secundo tertioque subaequalibus*. — Long. $2\frac{1}{2}$ — $2\frac{3}{4}$ lin.

Psammocrypti *minuti* longitudine, eodem dimidio angustior, *H. pygmaea* Redt., ex paucis ab auctore allatis, summopere affinis videtur, distincta tamen capite thoraceque modice crebre, haud dense, punctatis, hoc disco aequali (30 circiter specimina examinavi). Corpus nitidum, sat convexum, nigro-piceum vel rufo-piceum, infra cum pedibus plerumque dilutius. Caput pone oculos haud constrictum, subtiliter breviterque supra oculos carinatum, anterius utrinque fovea lata, oblongula impressum, subtiliter parum crebre, distincte punctatum, epistomate antice late truncato, denticulo medio plus minusve conspicuo munito. Antennae rufo-piceae, pro genere et statura graciles, articulis secundo tertioque longitudine subaequalibus, sequentibus sensim descrecentibus, penultimo leviter transverso. Thorax subcordatus, basi apiceque subrecte truncatus, angulis anticis subrectis, apice obtuso, lateribus anterius rotundatis, a triente antico basin versus sensim, leniter rotundatim attenuatus, angulis posticis obtusis, apice argutulo, haud prominulis, basi tantisper crasse marginatus, dorso sat convexus, medio minus crebre, subtilius, latera versus paulo crebrius fortiusque punctatus, interstitiis omnibus, ut in capite, laevigatis, linea media tenuissima longitudinali laevi saepius notatus. Elytra thorace duplo cum dimidio longiora, elongato-ovata, basi recte truncata minusque subtiliter, humeros versus praesertim, marginata, hisce leniter extrorsum prominulis, dorso transversim convexa, sutura interdum elevatula, minus subtiliter distincteque striato-punctata, striarum dorsarium punctis ut plurimum oblongiusculis, minus, striarum lateralium rotundis magis, adpressis vel contiguis, interstitiis planis, nitidis, obsolete subtilissime uniseriatim punctulatis; carina marginali apice ut in plerisque affinibus una cum sutura extrema incrassata. Caput infra crebre subtiliterque, thoracis pleurae minus crebre, prosternum parcius grosse punctata; metasternum sat fortiter, abdomen basi et lateribus paulo minus, parum crebre punctata, hujus medium per parce, segmentum ultimum sat dense subtiliter punctulata. Corpus infra cum pedibus plus minusve rufo-piceum.

In Persia merid. a D. Doria copiose lecta.

Mannerheim Rossia merid. Ménétries = *Psammocryptus minutus*
Tausch. ²⁰)

Tribus VII. ¹⁾ *Epitragidae.*

Imatismus ²¹⁾ *villosus* Dejean Oriente Latreille, Aegypto
Schüppel = *Himatismus villosus* Haag ♂♀.

²⁰) *Hyperops hottentota* Dej. e Bengalia = *Stenosida striato-punctata* Wiedm.

H. brevicollis Esch. Ins. Philippinae = *Oedenocera* n. sp.?

H. fraterna Dej. India orientali = *Hyperops nitidula* Kr. epistomate medio minute dentato.

H. tagenoides Dej. Senegal = *H. eadem* Esch. epistomate truncato, subemarginato, edentulo.

H. laevigata F. India or. = *H. ead.* Fabr. epistomate ut in *nitidula* dentato.

²¹⁾ Elucubratam post D. Haag hujuscce generis recensionem in Harold Col. Hefte VI. p. 84 quaedam de speciebus in Dejeaniana collectione compositis referre opportunum censeo, longe quamvis a mediterranea Fauna abscedant.

Imatismus tessellatus Dej. patria incerta Latreille = *Himatismus* sp.? Unici hujus nonnisi reliquiae supersunt, pectus cum pedibus posterioribus et elytrum; hoc verum tamen singulari structura distinguendum: ad majorem in genere speciem referendum, sat fortiter striato-punctatum, dorso longitudinaliter nitidulum, utrinque opacum, interstitiis alternis elevatulis, tribus primis latitudine subaequalibus, extimis alternis angustis, densius fulvo - villosis, alternis plus quam duplo latioribus, confertim haud subtiliter punctatis, per plagulas hinc inde pube acervata notatis; pectus parcius pubescens, tibiae posticae parum curvatae.

Huic specimen accedit e Caffrariae Natalensi litore (Delgor): statura majus, corpore toto pube minus tenui, fulva dense induto, *variegati* Fabr. foeminae statu ram paulo superans eique forma non-nihil proximum; antennis capitis cum thorace longitudinalinem vix attingentibus, oculis globosis, sat prominulis: caput crebre punctatum, longitudinaliter medio laeve et glabrum, antice utrinque foveola impressum, palpis maxillaribus articulo ultimo latiusculo, truncato obconico: thorax transversim subquadratus, lateribus anterioribus leniter rotundatis, pone medium subrectis, ante basin levissime sinuatis, angulis posticis acutis, extrorsum prominulis, lobo medio magis

¹⁾ Seite 31 lies Tribus VI. statt Tribus IV.

Imatismus villosus Dej. Aegypto Solier = *H. idem* Haag ♀.
Idem var.? Senegal Dumoulin = *H. senegalensis* Haag ♂♀;

producto, anticis rotundatis, antrorum leviter angustior (forma attamen alia quam in *fasciculato*), dorso leniter convexus, crebre distincteque utrinque, longitudinaliter medio parce punctatus, spatio longitudinali medio lato glabro, laevigato: elytra quam in *variegato* crassiora, dorso medio convexiora, utrinque leviter subcompressa, humeris magis obliquis, pone scutellum utrinque subimpressa, pube fulva albidaque alternatim dense obtecta, sub pube nitidula, punctura seriali vix conspicienda, interstitiis alternis distinctius, minus subtiliter punctatis: corpus infra pube dense obtectum, gula, prosterni aequalis pectorisque medio secundum longitudinem glabris, nitidulis; pedes quoque dense pubescentes, trochanteribus simplicibus, tibiis subrectis. *H. tessulato* Gerst. ♀ pluribus etsi conveniens, oculorum tamen thoracisque forma atque hujus sculptura ab eo maxime abscedere videtur: *H. buprestoidi* Gerst. forte proximior, at ei thorax fortiter transversus, in hoc, quod *natalensis* nomine in coll. designavi, thorax latitudine paullulum longitudinem ejus medianam superat.

Im. patruelis Dej. Cap. bonae spei Drége = *Himatismus variegatus* Fabr. ♀. Accedunt specimina a D. Mannerheim eadem e patria, nōm. *H. variegatus* Fisch., *patruelis*? Dej. ♂♀ ad eandem speciem, antennis praesertim in utroque sexu elongatis, thorace lateribus et angulis anticis rectis referenda: specimina insuper addita e Port-Natal. pariter conformia.

Im. vestitus Dej. Cap. bonae spei Drége = *H. vestitus* n. sp. corporis forma praecedenti valde proximus, tantisper minor, sat dense pallido villosus, antennis valde gracilibus, capite thoraceque paullulum longioribus, minus quam in illo, magis quam in *villoso* elongatis; caput subtiliter punctatum, subaequale, oculis multo magis quam in *variegati* mare angustioribus porrectisque; palporum maxillarium articulo ultimo normali; thorax transversim subquadritus, lateribus modice, angulis anticis sat rotundatis, utrinque ante basin leviter sinuatus, angulis posticis rectis, vix prominulis, confertim subtiliter punctatus; elytra humeris magis quam in illo quadratis, subtiliter striato-punctata, interstitiis parum crebre punctulatis, nitidulis, alternis pube albida acervata, per plagas breviter interrupta ornatis; prosternum aequale, trochanteres simplices, tibiae posticæ extrorum magis quam in illo arcuatae: corpus infra albido-villosum, abdomine subtiliter parum crebre punctulato. Ei quamvis prosternum foveola piligera careat, facie attamen mas videtur.

specimen inter hos e Kordofan huic potius quam *villoso* Haag accedere videtur.²²⁾

Additum huic, minime a Dejeanio verisimiliter, specimen corporis forma, thoracis praesertim structura atque sculptura conforme, oculis rotundatis, parum porrectis (antennae desunt), elytris minus nitidis, interstitiis confertim subaequaliter punctatis, tibiis posticis vix flexuosis, prosterno aequali, absque patriae indicatione, quod fortasse ad *dubii* Haag foeminam referendum.

Im. fasciculatus Fabr., *Stenosis orientalis* Herbst, India orientali Schüppel = *H. fasciculatus* Fabr., Haag, duo foeminae, statura jam vero *villoso* longe majores, thoracis attamen peculiari forma caeterisque cum citati auctoris descriptione congruentes.

Specimen, separate, a D. Breme absque patriae indicatione additum = *H. mandibularis* Er. ♂.

²²⁾ *Himatismus forticornis* n. sp.: *Elongatus, nigro-brunneus, albido-pilosus, capite thoraceque medio minus crebre, utrinque confertim, fortiter punctatis; antennis brevibus, articulis duobus primis incrassatis; elytris convexiusculis, punctato-substriatis, plagis in interstitiis alternis denudatis.* — Long. 5 lin.

Aegyptiaco *H. villoso* simillimus, maximis ejus statura aequalis, vix angustior, pube albescente subtiliore longioreque parcus obductus, nitidior: caput minus crebre, medio praesertim, paulo fortius punctatum, auriculis super antennariis magis anterius rotundatim dilatatis, epistomatis margine regulariter rotundato, utrinque cum auriculis profundius emarginato; oculi modice rotundati; antennae breves, validae, articulis primo secundoque crassioribus, obconicis, intus apicem versus leviter productis, hoc illo sesqui breviore, sequentibus subcylindricis, validiusculis, penultimis duobus majoribus, leviter conicis, ultimo praecedente plus quam dimidio minore: thorax ut in *villoso* fere constructus, relative attamen paullisper longior, lateribus ad et ante medium paullulum minus rotundatus, ante basin distinctius sinuatus, angulis anticis equidem, posticis paulo magis acutis, baseos lobo medio paulo magis producto atque elevatulo; nitidulus, fortius profundiusque punctatus, punctis medio minus crebris, utrinque confertis: elytra sat profunde, dorso praesertim, striato - punctata, interstitiis parce subtiliter punctatis, structura caeterum illi aptenus conformia, subtilius, longius parcusque uniformiter pubescentia, plagulis in interstitiis alternis denudatis: corpus infra tenuissime albido villosum, prosterno aequali, pleuris minus grosse, confertim, substringose, abdominis lateribus crebre,

Tribus XI. Adelostomidae.

Eurychora opatroides Dej. Aegypto, *elongata* Klug, *mussia* Klug, Aegypto et Nubia Klug = *Pogonobasis ornata* Sol. *A. rugosulae* Guér., *opatroidis* Dej. senegambicis praecedentis in collectione seriei speciminibus notis pro singula specie a Solierio allatis distincta.

E. squalida Dej. Aegypto Klug et Schüppel = *Eurychora squalida* n. sp.: *Obscure ferruginea, nitida, capite granuloso utrinque longitudinaliter sat impresso; antennis brevibus, articulo tertio quarto vix longiore; thorace lateribus valde expansis, planiusculis, basi valde emarginatis, dorso inaequali, longitudinaliter late fossulato, bicarinato, parce granuloso; elytris thorace angustioribus, margine biseriatum serratis, costula lateralii subintegra serrata, sutura elevata lineaque dorsali in singulo granulis remotis ornatis, obsolete granuloso-punctatis; corpore infra subtiliter granoso, thoracis pleuris profunde foveatis.* — Long. 3—3½, lat. 2 lin.

E. Levaillanti Luc. ex descriptione colore atque sculptura summopere affinis, at major, capite, uti in *crenata* Sol. longitudinaliter medio elevatulo, thorace medio profundius canaliculato, margine expanso haud elevato, ejus limbo haud spinoso, elytrorum costula laterali antice abbreviata, pleuris praesertim profunde et late foveatis nec non antennarum articulo tertio nullo modo elongato ab utraque caeterisque congeneribus distincta.

Corpus obscure ferrugineum vel brunneum, nitidum, ovale, planatum, thorace elytrisque basi sat dense, hisce utrinque parce longiusque, fulvo-ciliatis. Caput subtiliter, parum dense granosum, ante oculos utrinque fortiter dilatatum, auriculis super antennariis vix elevatis, epistomate medio exciso, dentibus utrinque valde obtusis, postice leniter transversum elevato, fronte una cum epistomate longitudinaliter medio elevato-subcarinatum, utrinque longitudinaliter

medio parce subtilius punctatis; pedes rufo-picei, tibiis omnibus extus leviter arcuatis. *H. senegalensi* quoque major, nitidior, fortius minusque crebre punctatus, thorace minus transverso corporeque pube longiore parcioreque induito discedens. *H. vestito* corporis nitore statura thoracisque fere structura affinis, at oculorum antennarumque praesertim structura ab eo, harum maxime ab omnibus distinctus.

In Persia meridionali a D. Doria repertus.

sat, antice fortius, divaricatum impressum. Antennae breves, ab articulo tertio apicem versus sensim crassiusculae, articulo primo majore, oblongo, secundo breviter transverso, intus paullulum tertio latiore, tertio-nono longitudine parum admodum sensimque decrementibus, decimo maximo, rufescente; palpi rufo-testacei. Thorax lateribus valde expansus, expansione planiuscula, postice latissima, elytrorum latitudinem excedente, basi utrinque arcuatim emarginata, angulis posticis acutis, sensim apicem versus rotundatim attenuata, densius fortiusque quam caput granulosa, limbo laterali anterius vix, basin versus evidentius subtilissime crenulato; thorax utrinque intra expansionem longitudinaliter oblique impressus, impressionibus lobo magno postico ante basin abbreviatis, medio longitudinaliter sat fortiter late fossulatus, fossula pone medium leviter constricta, marginibus ejus flexuosis, carinatis; basi media leviter productus, utrinque sinuatus, angulis leviter deflexis, subrectis; dorso parce subtiliterque granosus. Scutellum triangulare, leviter punctulatum. Elytra latitudine maxima, basali, vix sesqui longiora, basi media subrecte, emarginatim utrinque, ad humeros leviter expansos denuo recte truncata, humeris rectis, leniter elevatis; dorso suturam secus elevatula, vix disco antico leviter depressa, planiuscula, postice rotundatim attenuata atque declivia, margine extimo e duplice distincta denticulorum serie crebre serrato, serie laterali ei parallela, antice arcuata, basin non attingente, pariter serrata, dorsali demum serie, laterali parallela atque ab ea magis remota, denticulis minutis, antice posticeque obsoletis, confecta, granulis quibusdam sutura etiam suffusa; dorso obsolete parceque sub-punctata, transversim anterius subrugosa, infra epipleuris nitidis, subtiliter sparsim granulosis; marginalis inferior series postice ad abdominis segmenti ultimi basin angulatim flexa atque ibi a superiore recedens. Pedes rufescentes, femoribus extrorsum sat incrassatis, fere clavatis, tibiis, anticis praesertim, apicem versus sensim dilatatis, posterioribus extus sinuatis; corpus infra subtiliter, abdomen distinctius, parum dense, thoracis expansiones inferne parcus, margines versus densius granosis; hae ad antennas in quiete reponendas profunde lateque subarcuatim oblique fossulatae, fossulae fundo laevi. Mas videtur.

Alia in capsula inter Dejeaniana collectionis a D. Breme aditamenta tertium hujusce speciei inveni, nom. *Eurychora* n. spec. Rhodos, folliculis acu infixis ab Hedenborg Rhodos lectum a Bohemannio ad Mannerheim datum, ab hoc D. Breme cum folliculis ipsis atque patriae indicatione missum: foemina videtur, vix minor,

elytris relative magis ampliatis, haud tamen thoracem latitudine aequantibus, carinula laterali tantisper magis a marginali discreta, caeteris omnibus sive structura, sive sculptura omnimodo conveniens.

Primo e collectionis speciminibus corpus superne tomento terroso pallido obductum, unde nomen a Dejeanio speciei impositum.

Adelostoma carinatum Dej. Hispania mer. Dufour, Rambur, *sulcatum* Cadice Duponchel, Barbaria Goudot, Aegypto Solier, Syria Latreille = *A. sulcatum* Duponchel.

(*Polyscopus costatus* Waltl Aegypto = *A. sulcatum* Duponchel.)

Tribus XII. *Stenosidae.*

Tagenia litigiosa Dej. Oran S. Fargeau = *Stenosis angustata* Herbst ²³⁾; nonnisi quam thorace apice minus recte, leviter arcuatim truncato a typicis Solieri gallicis speciminibus differt; frequentius in Italiae meridionalis individuis thorax ejusmodi apice leniter rotundatus, capitis lateribus, pariter ac in illis, paulisper crebrius punctatis.

(*T. Dejeanii* Breme, Syria Truqui = *S. smyrnensis* Sol.)

T. pumila Gené, Sardinia Gené = *Dichillus pumilus* Sol. Accedit specimen, e Gallia mer. verisimiliter = *D. minutus* Sol.

(*T. . . . ?* Algiria Breme = *D. laeviusculus* Kr.) ²⁴⁾.

T. filiformis var., *intermedia* Sol. Gallia mer. Sol. = *Stenosis intermedia* Sol. et *angustata* Herbst. Haec in Italia parum, illa sat frequens, in Neapolitano agro atque Sicilia obvia.

Eadem, *angustata* Herbst, Gallia mer. = *S. intermedia* Sol.:

²³⁾ Nomen speciei ab Herbstio impositum mutandum, juxta D. Gemminger in Harold Col. Hefte VI. sententiam, non censui, *Mesostenus* qua propter nimis a *Stenosi* abest, neque confusionis nominum occasio.

²⁴⁾ Hujus specimina quaedam in Genuensis Musaei coll. variant thoracis linea media laevi oblitterata, e Bona Algiriae a D. Leprieur missa.

Dichillus crassicornis All. ex descr. verisimiliter haud a *D. pertuso* Kiesw. abscedere videtur.

D. minutus Sol. Italiae etiam incola, in occidentali non modo sed et orientali Liguria, nec non in media Italia passim obvius; elytris plerumque minus obsolete, quam in gallicis, seriatim punctatis.

ultima e serie, folliculo *angustata* Sol. *Massilia inscripta* = *S. angustata* Herbst.

Tagenia filiformis Dalmatia = *S. intermedia* Sol.; lepidum inter has specimen nigro-piceum, uno elytro dilute ferrugineo.

T. mauritanica Dej. Barbaria, Tangeri Goudot = *S. filiformis* Fabr. Sol.

T. cylindrica Dej. Hispania = *S. hispanica* Sol. uti et *hesperica* Sol. a D. Ghiliani in Hispania mer. copiose collecta.

T. subcostata Dej. Hispania = *Dichillus subcostatus* Sol.

T. hesperica Dej. Hispania mer., Cadice Duponchel Malaga Rambur = *Stenosis hesperica* Sol.

T. italicica Dej. Italia Latreille, Neapoli = *S. sicula* Küster: in collectionibus italicis minus frequens mihi obvenit, quam, in Sardinia vulgatissima, Corsicae etiam incola, *S. sardoa* Küst. Variat illa interdum multo major, elytris punctura fortiore seriatim impressis. Vera *S. italicica* Kr., *brenthoides* Rossi sec. Cat. Harold, passim in media et meridionali Italia haud infrequens. Sat frequens in Corsica et Sardinia *S. angusticollis* Reiche: rarer in Sicilia atque Melita insula *S. elongatae* Sol. varietas: in Genuensis Musaei collectione duo specimina in Iloa insula (Elba) ad *S. pilifera* Sol. referenda videntur.

Ead. Sicilia = *S. pilifera* Sol. sat in Ital. mer. obvia species.

T. pubescens Dej. Aegypto Klug et Schüppel = *S. pubescens* Sol.

T. minuta Dej., *pygmaea* Latr. Gallia mer. = *Dichillus minutus* Sol.

Eadem Latreille, Hispania = *D. andalusicus* Rosenh.

T. taurica Dej. Tauria Latreille = *Stenosis intermedia* Sol. varietas thorace paulo obsoletius punctato, veluti in dalmatinis quibusdam observavi.

Eadem Tauria Godet = *S. punctiventris* Esch. thoracis praecipue structura, abdomine distinctius subaequaliter punctato longe a praecedente discedens species.

T. aegyptiaca Dej. Aegypto Solier = Una, *S. elongata* Sol. descriptioni optime congruens, at ejus statura tres circiter lineas aequat; alioquin typotethae forte errore apud Solier species $3\frac{1}{2}$ mill. longitudine designata; consimilia, statura autem nonnihil minora e Sicilia D. Ghiliani dedit, in insula Melita Truqui olim collegit.

Altera, a praecedente omnino diversa, obtrita, *S. angustatae* Herbst varietas videtur, habitu atque statura consona, thorace paululum obsoletius parcusque punctato, elytris minus intense piceis; conformia, elytris etiam dilutius piceis e Neapoli D. Emery misit.

Tagenia algerica Buq. Algiria Buquet = *S. laevicollis* Sol. et *Frioli* Sol.

T. graeca Dej. Peloponneso Duponchel, *sulcicollis* Sol. = *S. orientalis* Br., *graeca* Sol.

T. rugicollis Dej. Oran S. Fargeau = *S. oblitterata* Sol. ²⁵⁾) et *Webbi* Guér.

²⁵⁾ *Stenosi oblitteratae* Solier atque *hispanicae* Solier forma proxima *S. tenuicornis* n. sp.: *Nigra*, *gracilis*, *subnitida*, *capite thoraceque crebre*, *profunde punctatis*, *illo antice late rotundato*, *oculis prominulis*, *subtus confertim punctato*; *hoc oblongo-ovalo*, *angulis omnibus rotundatis*, *marginato*; *elytris basi arcuatim emarginatis*, *humeris porrectis*, *profunde striatis*, *striis integris dense punctatis*, *externis basin versus carinaeformibus*; *pedibus antennisque rufis*, *hische gracilibus*, *articulo secundo tertioque subaequalibus*.

— Long. 2½ lin.

Habitu, e magis cognitis, *hispanicae* Sol. tantisper affinis, thorace autem minus gracili, elytrorum ambitu et sculptura, etsi minor, *canaliculatae* Mill. propius accedens, non modo antennarum structura, sed et oculis magis prominulis thoraceque basi etiam marginato, angulis posticis rotundatis ab ea congeneribusque distincta.

Corpus nigrum, capite thoraceque praesertim supra infraque parum nitidis, crebre, sat subtiliter, distinete, valde profunde punctatis; caput oblongulum, leniter postice angustius, modice super antennas dilatatum, epistomate antice late rotundato, medio subtruncato, dorso antico leviter utrinque impressum, ante oculos lateribus breviter constrictum, eos pone brevissime impressum, haud, uti in affinibus plerisque, canaliculatum; oculi prominuli, tegumento inferne eos obtegente triangulariter producto, quo, superne capite inspecto, oculi acuminati videntur; caput infra creberrime, subtilius quam in *canaliculata* Mill. punctatum: antennae ferrugineae, capitis cum thorace longitudine paulo breviores, articulo primo magno, valido, secundo tertioque obconicis, subaequalibus, hoc illo fere breviore, quarto - octavo leviter conicis, sensim brevioribus atque fere gracilioribus, tribus ultimis subtransversis, fere cylindricis, crassitie inter se subaequalibus. Thorax oblongo-ovalis, ad quadrantem anticum paullulum latior, latitudine maxima vix duplo longior, transversim modice convexus, apice cum angulis anticis deflexis late rotundatus, lateribus subrectis, leniter flexuosis, angulis posticis obtuse rotundatis, tenuiter utrinque et basi marginatus, margine laterali dimidio postico crenulato, dorso aequalis, punctura crebra, sub-

(*T. . . ? Algiria* Breme = *Dichillus? bicarinatus* n. sp. ²⁶):
Nigro-brunneus, nitidus, capite suborbiculato parum dense thoraceque

rotunda, interstitiis fere alutaceis. Scutellum minutum, triangulare, vix infossum. Elytra basi arcuatim, parum profunde emarginata, angulis anticis acute porrectis, thorace latiora eodemque triplo fere longiora, elongato-ovata, a basi ad trientem posticum utrinque rotundatim ampliata, subtiliter, sat profunde 10-striata, striis dorsalibus omnibus a basi ipsa singulatim incipientibus, subtiliter crebreque punctatis, interstitiis praesertim lateribus et basi subconvexis, sexto et octavo paulo ante basin arcuato, basin versus carinaeformibus; corpus superne tenuiter parce pubescens. Pedes rufescentes, densius fulvo-pilosi, graciliusculi; pectus crebre, sat fortiter, metasternum abdominisque segmentum primum minus crebre, abdomen reliquum modice, sensim paulo subtilius, valde distinete punctata. Abdominis in hac punctura crebrior, caetero corpore infra densior quam in *punctiventri* Esch., a qua corporis etiam superne sculptura, thoracis antennarumque structura discedit. Ex allatis *S. pilosae* Motsch. nullomodo convenire posse patet.

In Persia merid. a D. Doria nacta.

²⁶) *Dichillus? rugatus* n. sp.: *Obscure ferrugineus, subnitidus, capite ad antenas sat dilatato, vertice carinulato thoraceque confertim confuse punctatis; hoc oblongo-subquadrato, medio longitudinaliter tenue carinato, utrinque plicato; elytris substriato-punctatis, interstitio marginali carinaeformi; antennis subcylindricis, validis pedibusque fortiter punctatis.* — Long. 2 lin.

Corpus parum nitidum, brunneo-ferrugineum: caput latitudine maxima vix longius, auriculis antennariis modice dilatatis, abinde collum usque sensim recte attenuatum, collo abrupte angustiore, canthu supra oculos crassiore, quo hi latius divisi, eorum segmenta minima; antice utrinque subrecte, oblique attenuatum, epistomatis limbo antico late emarginato, utrinque sat angulato, eodem supra modice convexo, nitido; fronte inter antenas utrinque obliquatim sat profunde et longe foveolata; subtiliter, confuse, subrugose punctatum, pliculis duabus longis, parallelis mediis, has inter et utrinque tribus brevioribus longitudinaliter affectum; antennae capite paulo longiores, perquam validae, cylindricae, sat fortiter punctatae, vix pubescentes, articulis arcte connatis, transversis, duobus primis crassitie vix, sequentibus eadem sat brevioribus, decimo praecedente paulo minus brevi, ultimo minuto, fortiter oblique truncato. Thorax latitudine sua maxima ante medium sita paulo longior, basi

subquadrato parce subtiliter punctatis, hoc basin versus angustiore, lateribus explanatulis acute marginato; elytris elongato - ovalibus, apice attenuatis, laevigatis, subtilissime parce seriatim punctatis, margine lateralí argute bicarinatis; antennis cylindricis, tenuibus, articulo ultimo praecedente parum minore. — Long. $1\frac{1}{3}$ lin.

apiceque truncatus, lateribus marginatus, margine anterius leniter rotundato, postice subrecto, angulis posticis haud prominulis; dorso crebre, confuse, longitudinaliter subintricato-punctatus, carinula tenui longitudinali media, ante apicem abbreviata, rugisque duabus brevioribus eam utrinque leniter arcuatis. Elytra oblongo - ovata, sat convexa, basi thorace fere latiora eique applicata, ab humeris paulo ultra medium usque sensim leviter ampliata, dorso postice convexiora obtuseque rotundata, punctato - striata, striis vix impressis, seriebus e punctis minus subtilibus, approximatis confectis, interstitiis planis, uniseriatim obsolete punctulatis, stria juxta - marginali profundius impressa, fortius punctata, interstitio extimo carinato-elevato. Pedes validi distincte, pectus sat fortiter crebreque punctata. Oris quamvis compositione ab hoc genere minime abscedere videatur, pluribus attamen, singulari praesertim capití thoracisque sculptura nec non antennarum forma a congeneribus discedens, nonnisi quam dubitative hunc generi ipsomet adscripsi.

In Persia septentrionali D. Doria invenit.

Dichillo generi capití cum ore nec non corporis inferne structura sat affinis *Oogaster*, *piceo* Mén. valde affinis. Venustum forma animalculum, unico specimine a D. Doria ad Tauris in Persia boreali lecto; brevissime primitus indicato, a Faldermannio postea nomine *Ménétriesi* delineato specimen hoc non omnibus ad amusim conforme videtur. Totus rufo-ferrugineus, nitidus, capite orbiculato, collo constricto, subtiliter punctato, punctura antice obsoleta, postice oblongula; antennae vero, equidem cylindricae, articulo primo sequentibus leviter majore, secundo tertium crassitie vix superante: oculi superne equidem leviter infossi, carinula tenui superoculare, at canthu evidenter divisi, segmento supero oblongo, infero pusillo, linearí, at conspicuo: thorax valde cordiformis, basi apiceque autem leniter emarginato-truncatus, angulis anticis acutiusculis, leviter prominulis, posticis valde deflexis, subrectis; punctura ejus crebrior atque paulo fortior quam in capite, oblongiuscula, margo lateralis vix subtilissime crenulatus, villis quibusdam rigidis ornatus: scutellum recte triangulare, magnum: elytra oblongo - ovata, basi prorsus rotundata, humeris nullis, regulariter a triente fere

Corpus intense brunneum, nitidum, elytris relative magis quam in congeneribus elongatis apiceque attenuatis. Caput suborbiculare, pone oculos haud abrupte in collum attenuatum, super antennas modice dilatatum, oculis canthu validiusculo divisis (?), segmento superiore magno, oblongo-quadrato, infero (?) vix conspicuo; epistomate convexiusculo, obsolete punctato; antice subtruncato; inter antennas fronte leviter impressa leniterque convexa, parum crebre, subtiliter punctatum. Antennae capite sesqui fere longiores, parum valida, subcylindrica, articulis approximatis, tribus primis leviter conicis, longitudine sensim fere decrescentibus, sequentibus leniter transversis, ultimis duobus crassitie subaequalibus eademque sesqui fere longioribus. Thorax latitudine sua maxima paulo ante medium sita tantisper longior, apicem versus paulo minus quam basi attenuatus, lateribus leviter rotundatus, carinula marginali arguta, prorsus laterali nec infera, eam infra leviter explanatus, basi apiceque truncatus, paulo ante basin utrinque subsinuatus, angulis posticis rectis, anticis vix deflexis, obtusis, subtilissime acuminatis; dorso leviter convexus, equidem subtiliter ac caput, multo vero parcius punctatus, lineola longitudinali media laevi impressus. Scutellum majus. Elytra regulariter elongato-ovata, a medio basin versus paulo minus quam apicem versus attenuata, basi subrecte truncata leniterque declivia, humeris rotundatis, transversim leviter convexa, omnium subtilissime, parce subseriato-punctata, carinulis duabus juxta marginem utrinque parallelis, argutis, subintegris aucta. Pectus infra subtiliter, parce punctatum, abdomine fere laevi; pedes me-

antico apicem versus attenuata, *Tentyriae orbiculatae* Fabr. forma accendentia, apicem versus attamen magis angustata, lateribus bicanalata, carina marginali superiore leniter dentata, basin prope obsoleta, inferiore arguta, subtilissime, apicem versus crebrius dentulata; elytra superne parum convexa, seriatim subtiliter fere crenulato-punctata, intersticiis planis, remote uniseriatim punctis granulosis, piliferis impressis; serierum singularis dispositio, qua singula, sensim brevior, recte ad carinulam lateralem desinit, nec una cum alia postice convenit. Pedes in unico specimine soli antici supersunt, mediocres, femoribus leviter incrassatis, tibiis linearibus, apicem versus leviter admodum dilatatis, tarsis tibia vix triente brevioribus. Pectus crebre ocellato-punctatum, abdominis latera punctura sculptili densiore, medio porca impressa, segmentorum forma ut in *Dichillus*.

Ab *O. piceo* forte distinctam speciem nomina *Doriae* designavi.

diores, femoribus crassiusculis, posticis tibiis sublinearibus, tarso-
rum articulo ultimo praecedentibus duobus conjunctim longiore.

Quibusdam ex allatis notis a generis characteristicis abscedit,
ei idcirco cum dubio adscribere censui.

(*Microtelus asiaticus*: specimen a D. Breme subjunctum,
in folliculo absque patriae indicatione e Solieri manu ipsa, ni fallor,
inscriptum, quemadmodum sive a Solier, sive a Kraatz delineatus,
utraeque descriptioni convenit.)²⁷⁾)

²⁷⁾ *Microtelus Lethierryi* Reiche copiose ad Kairwan in
Tunetana interiore regione, a Genuensis Musaei Praefecto commun-
icatus utpote a D. Kerim collectus, patria haud notabiliter a Bis-
kra remota, omnibus de ea a D. Reiche allatis convenire mihi vi-
sus est, eo pro sequentis comparatione utar.

Microtelus persis n. sp.: *Ferrugineus, capite thoraceque tri-*
carinatis, crebre punctatis, illo carinis lateralibus antice abbrevia-
tis, epistomate denticulato; antennis thoracis longitudine, minus va-
lidis, articulo secundo brevi, tertio sequentium duorum longitudinem
fere superante; thorace postice angustato; elytris ovatis, ante apicem
leviter utrinque sinuatis, quadricarinatis, interstitiis medio uniseriali-
tum tuberculatis, utrinque grosse punctatis, carinis prima tertiaque
integris, secunda quartaque abbreviatis, hac illa longiore. — Long.
 $2\frac{1}{4}$ lin.

Duabus a D. Reiche, syriaca atque algirica speciebus fere intermediis, huic postremae, si speciem recte novi, statura, forma atque sculptura simillimus, hisce discedit: epistoma distinctius apice denticulatum; antennae paulisper longiores, ut in eo compressae, articulo primo apice extrorsum acutius dentiformi, secundo fere transverso, simplici, tertio secundo triplo, sequentium duorum longitudine abunde aequali, hanc fere superante (*M. Lethierryi* articulus secundus crassitie fere longior, basi interiore leniter productus, tertius secundo vix duplo longior, sequentium duorum longitudini solummodo aequalis; *M. careniceps* articulo secundo magis transversali, tertio relative adhuc longiore, capite quinque carinato a *persi* praesertim discedit); caeteris capite structura fere identico, at paulo minus subtiliter punctato; thorace structura pariter conformi, distinctius, minus subtiliter punctato, equidem exculpto; elytris sensim, usque pone medium, paulo magis ampliatis, ad declivitatem posticam, ut in *carenicipite* leviter utrinque sinuatis, basi singulo tantisper magis arcuatim emarginato, carinula tertia postice, ut in *asiatico*, secunda paulo longiore, interstitiis, praeter punctorum ma-



Tribus XIII. *Leptodidae.*

Leptodes Boisduvalli Zubk. *Turcomannia* Zubkoff = *Leptodes* id. Zubk., Sol. Specimina haecce corpore obscure ferrugineo, pedibus solummodo dilutioribus, sat graciliore quam a Solierio figuratum, elytris inter costulas obsoletissime punctatis, utrinque paulo ante medium compressis profundaque bifoveolatis, foveolis oblongis, una alterae superposita, carinula divisis.

(*Tapinopsis costatus* Sol. Oriente Breme [typus]). Huic non modo sed et specimini altero elegantissimae hujus speciei forma a D. Doria in Persia septentrionali invento, nonnulla ab eis quae de hoc genere auctor tradit animadvertere discrimina juvat: antennae in primis, capitis cum thorace longitudinem fere superantes, breves minus recte dici queunt; evidenter undecim articulatae, articulo ultimo parvo, sat tamen distincto, ob villositatem qua dense eaedem obtectae sunt Solieri fortasse oculis non patuit; earundem articuli insuper 4—8 subaequales, obconici, latitudine vix longiores, 9—10 eadem paulo longiores, subcylindrici, undecimus dimidio angustior et multo brevior, oblique apice truncatus. In persico specimine tibiae anticae fortius adhuc apice dilatatae, intus obsolete emarginatae, spinulis brevibus, apicem versus validioribus remotisque armatae, maris forte hoc proprium character.

jorum series ad carinularum latera, medio uniseriatim minute tuberculatis (eadem in *Lethierryi* omnium subtilissime parum dense granulosa, in aliis duobus speciebus fere laevia); corpore infra paulo fortius punctato, prosterno longitudinaliter parum profunde impresso. (Prosternum in *M. Lethierryi* sat distincte canaliculatum, distinctius longiusque in *asiatico*, in syriaca specie equidem, at inter coxas anticas angustius quam in *asiatico*, quo idem inter coxas minus angustum, minus acute quam in congeneribus apice attenuatum; eidem corpus infra minus dense punctatum, antennae, in Musaei nostri specimine, validissimae, articulis magis adhuc transversis capitisque carinula longior quam a D. Kraatz iconē depicta.)

Quaedam specimina in Persia meridionali a D. Doria lecta.

Tribus XV. *Akisidae.*

Morica planata Fabr. Barbaria, Tangeri Goudot, *inflata* Kollar Hispania mer. Algeriras = *Morica* ead. Fabr. ²⁸⁾)

M. grossa Oliv. patria incerta Latreille = *M. Favieri* Lucas var. thoracis angulis posticis acutis, lateribus eos prope leviter sinuatis, elytris extrorsum distinctius tricostatis, subtilius tuberculatis, tuberculis in interstitiis postice paucis admodum atque obsoletis; abdomine subtiliter denseque evidentius punctato. Unicum specimen elytrorum sculptura notis propius a D. Kraatz in sua Tenebrionidum Revisione p. 244 relatis quam Lucasii descriptioni convenire videtur; hujus descriptioni specimina Genuensis Musaei a D. Fairmaire missa admodum conformia.

M. obtusa Latr. Hispania, Cartagena, Barbaria Latreille = *M. hybrida* Charp.

M. octocostata Leach Barbaria, Aegypto Olivier et Solier, *silphoides* Sieber = *M. grossa* Lin. Accedunt specimina e Susa Tunetana a Prof. Lessona relata.

Akis discoidea Schön. Carthagena et Barbaria Paykull = *A. eadem* Quensel: et a D. Ghiliani in merid. Hispania reperta.

(*A. . .?* Neapoli et Sicilia = *A. spinosa* Lin. ♂ varietas *Olivieri* Sol. proxima, elytrorum costa laterali crenulata, dorsali fere nulla, granulis obsoletissimis indicata.)

(*A. hydropica* Fisch. Tuneta = *A. spinosa* Lin. ♀ var. *Olivieri* Sol. thorace, elytrorum respectu, parvo, elytris valde ampliatis, argute, parum elevate costatis, costis omnibus remote denticulatis.)

A. mauritanica Dej. Oran S. Fargeau, *algeriana* Dup. Barbaria Sol. = *A. algeriana* Sol.

A. Sansii Sol. Hispania mer. Barcelona Sol. = *A. ead.* Sol. ♂ ♀. Specimen accedit ex Hispania mer. a D. Ghiliani lectum, ♂ var. elytris aegre explicatis, corrugatis.

A. acuminata Fabr. Cartagena, Hispania mer. Bonfils, ca-

²⁸⁾) *Mor. planatae* varietatem e Tingi Mauritaniae a D. Kraatz missam nom. *tingitana* in coll. inscripsi; differt angulis thoracis posticis magis productis, acutis, elevatulis, elytrorum costa laterali multo longiore marginalique magis carinaeformibus, fortius postice denticulatis, denticulorum seriei dorsalis rudimento insuper elytris postice ornatis; abdome minus obsolete, sat crebre punctato.

rinata Latreille = *A. acuminata* Fabr. tum eadem e Barbaria ♂♀.
Specimina accedunt a D. Ghiliani lecta.

(*Akis* . . .? *Lusitania* = *A. granulifera* Sahlb. var. *Bayardi*
Sol. tum ex Andalusia Ghiliani ♂♀.)

A. dubia Ramb. Hispania mer. Rambur = *A. Salzei* Sol. ♂♀
thorace latiore, elytrorum costis laterali atque dorsali admodum
tenuibus corporeque longiore nec non thoracis lateribus magis ele-
vatis, minus attamen quam in *Sansii*, a *discoidea* distincta praeci-
pue videtur.

(*A.* . . .? *Hispania* = *A. granulifera* Sahlb. var. *lusitanica*
Sol. Kr. ♂.)

A. carinata Dej. Oran S. Fargeau, Tangeri Goudot, *bili-*
neata St. Barbaria Sol. = *A. elegans* Charp., *carinata* Sol.

Eadem Hispania, Puenta del Arzobis = *A. elegans* Charp. var.
costa marginali inferiore fere usque pone medium cum superiore
con juncta, vel fere nulla, abinde solum ab ea exoriens sensimque
normaliter discreta: omnibus fere hispanicis speciminibus, eis etiam
a D. Ghiliani collectis, ejusmodi costarum marginalium dispositio-
nem observavi, normalem in mauritanicis.

A. spinosa Fabr. Hispania = *A. granulifera* Sahlb., *spinosa*
Herbst. sec. Kraatz.

Ead. var. Hispania = *A. granulifera* var. *Bayardi* Sol.

Ead. Sicilia Famin = *A. spinosa* Lin. Accedit e Neapoli spec.
= A. ead. var. *Olivieri* Sol.

Ead., *inflata* Kollar, Sardinia Dahl, Corfu Parreyss = *A. spi-*
nosa var. *sardea* Sol.

Ead. Byzantio = *A. spinosa* var. B. Sol.

Ead. var. Lusitania et Barbaria Solier = *A. granulifera* var.
lusitanica Sol. Kr. et *A. spinosa* var. B. Sol.

(*A.* . . .? Barbaria = *A. spinosae* varietates, inter quas *bar-*
bara Sol. atque specimen e Sicilia ♀, elytris opacis, inter costas
corrugatis, costis parum elevatis.

A. granulifera Sahlb. Lusitania Sol., Hispania mer. Rambur
= A. ead. Sahlb. Accedunt hispanica specimina a D. Ghiliani
collecta = A. ead. var. *Genei* Sol.; tum algiricum spec. = *A. al-*
geriana Sol. var. *planicollis* Sol.

A. angusticollis Dahl Sardinia Dahl = *A. spinosa* Lin. var.
minor, plerumque relative angustior, elytris subtiliter, sat elevate
carinatis: eandem hoc nomine in sardoa collectione Prof. Gené in-
scripsit, ipsem in Sardinia quoque una cum var. *sardea* rarius
inveni.

Akis angusticollis var. *amplicollis* Dahl Sardinia Dahl
 = *A. spinosa* var. *sardea* Sol. thorace tantisper magis deplanato,
 elytris plerumque dorso minus convexis, obsoletius costatis; confor-
 mia eodem nomine e Turcia D. Frivaldszky misit.

A. barbara Dej. Bárbaria, Tripolis = *A. spinosa* Lin. var.
barbara Sol., species propria sec. Morawitz; thorace maribus acute
 at brevius spinosis, costa elytrorum dorsali validiore, fere ut in *ita-
 lica*, basin attingente atque basi carinaeformi; specimen sardoum
 ipse pariter exculptum legi, at pluribus aliis sardois atque siculis
 incertus anne *spinosae* varietati tribuam.

Accedit specimen e Constantina Algiriae = *A. italica* Sol. ♀
 opaca, notis omnibus cum nostratis hujus speciei apprime con-
 gruens.

A. italica Dej. Italia Duponchel, Roma Villa, Etruria Passe-
 rini = *A. ead.* Sol.

(*A. . . ? Syria* = *A. Latreillei* Sol. ab *elongata* distincta meo
 udicio species.)

A. costata Dej. Barbaria, Tripoli Buquet = *A. Goryi* Guér.

A. Cérisyi Dej. Aegypto Petit = *A. elevata* Sol.

A. aurita Pall. Rossia mer. Latreille, *gibba* Ménétries = *A.*
 (*Lechriomus* Morawitz) *lucifuga* Adams, Moraw., *aurita* Kr. ♂ ♀.

Ead. Deserto Kirghisorum Eschscholtz = *A. (Cyphogenia* Sol.,
 Moraw.) *Kraatzii* Moraw. var. verisimiliter, *truncata* Kr. ♂ ♀. Notis
 ab utroque auctore allatis praecipuis conveniens, haec animad-
 vertam: elytrorum in hac costae laterales supernae relative magis
 quam in *lucifuga*, pariter ac in *gibba* distantes, elytrorum paginæ
 superiori prorsus marginales, subtiliores; mentum valde inaequale,
 crasse marginatum, lateribus dimidio basali parallelum, inde apicem
 versus attenuatum, lateribus obliquis, valde deflexis, apice medio
 triangulariter excisum, lobis utrinque rotundatis, pone excisuram
 profunde, fere semicirculariter impressum, impressionis margine,
 praesertim postice, crasso, modice, in impressione crebrius puncta-
 tum; prosternum medio baud elevatum, inter coxas sensim incras-
 satum, longitudinaliter leviterque, in mare evidentius, quinque stria-
 tum, pone coxas medio in tuberculum, foeminae validius, rotunda-
 tum desinens, inde ad segmenti usque limbum fere verticale apice-
 que leniter dilatato - rotundatum: abdominis tria segmenta prima,
 pro sexu, profunde vel obsolete punctata.

Ead., *calatura* Fald. Persia occid. Faldermann = *A. lucifuga*
 Adams ♀ minor.

Akis aurita Pall., *polita* Fald. Persia occid. Falderm., *laticollis* Stev. Tiflis = *A. lucifuga* Ad. mares statura normali.

Ead., *Zablotskii* Kar. Turcomannia Karelina = *A. lucifuga* Ad. ♂.

Ead. *truncata* Fisch. Turcomannia Ménétries = *A. (Cyphogenia Sol. Moraw.) gibba* Fisch. Moraw. ♂ ♀. Mentum maris tantisper quam in foemina angustius, prosterni processus inter coxas longitudinaliter convexus, eas pone retrorsum curvatus, apice ejus summo ad segmenti basin producto, dentiformi; idem in foemina apice leviter declive, angulatum, retrorsum recte segmenti basin attingens. Hujusce speciei foemina e Scharud a D. Dohrn nom. *aurita*? Genuensi Musaeo missa corpore paullulum longiore nitidoreque abscedit, thoracis angulis anticis tantisper acutius productis, abdomine multo obsoletius punctato; prosterni processu equidem postice declivi, retrorsum verticaliter truncato, at angulo pone declivitatem sat dentiformiter producto.²⁹⁾

(*A. truncata* Gebl. *Sougoria* Mannerheim = *A. (Cyphogenia) Kraatzii* Moraw. var. Mas ejusdem speciei supra memoratis speciminibus identicus, elytrorum autem costa marginali superiore sat arguta, prosterni processu obsoletius quadrilineato, tuberculo longiore, dentiformi inter coxas armato.

²⁹⁾ *Akis gibbae* valde proximam formam copiose in Persia meridionali D. Doria reperit; var.? *persica*: subnitida plerumque, capite obsoletius longitudinaliter elevato, thoracis limbo apicali subtilius marginato, lateribus pone medium magis sinuatis, ante basin, et latere thorace inspecto, magis arcuatis; elytris basi, fortius in mare, thoracis baseos latitudine angustioribus, carinula superiore dorso potius quam laterum declivitati imposita, ab inferiore evidenter magis discreta, paulo magis, fere ut in *lucifuga* arcuata, abrupte plerumque apice abbreviata, granulis quibusdam seriatis postice interdum prolongata; mento prosus plano, subtransverso, lateribus rotundato, fere immarginato, apice, in mare praesertim, latius emarginato; prosterno in utroque sexu pariter utrinque inter coxas marginato medioque excavato, marginibus postice coeuntibus, at longitudinaliter truncato, pone marginum junctionem recte proficiente, inde abrupte, angulo recto, truncato, abinde ad segmenti usque basin verticale. Variat interdum mas mento adeo late, profundius emarginato, ut lobi utrinque subacuti evadant. Variat etiam costis elytrorum subtilioribus, minus elevatis, superiore pluries alternatim sat late interrupta, postice magis abbreviata.

Hisce atque supra allatis notis maxime incertus anne huic, anne *auritae* Pallas sec. Morawitz, *Zablotshii* Kraatz specimina referam: thoracis enim vero structura, quo anguli antici rotundati, parum producti, basis recte truncata, diagnosi Gebleri atque descriptioni suae a germanico auctore traditae convenire videtur; characteristica alioquin sexualis nota, pro *A. aurita* a D. Morawitz designata, prosterno nempe maris postice dente sat producto munito, qui evidenter in hoc mare, supra citatis speciminibus obsolete in mare, evidentior in foemina emergit, eadem speciei, cui nulla ex auctore rossico sexualia in prosterni structura patent insignia convenire nequit. Omnibus perpensis *Kraatzii* nomen thoracis structuræ ratione habita inscribere malui.

Akis gibba Fisch. Bucharia et Tataria Fischer, *depressa* Karel. Turcomannia Karelin et Ménétries = *A. (Sarothropus Kr.) depressa* Zubkoff ♂♀: eis omnibus quae de hac a DD. Kraatz et Morawitz traduntur apprime conveniens, a *gibba*, prout a D. Morawitz delineata plane discedens.

A. subterranea Dahl Sicilia Dahl = *A. ead.* Sol. etiam in ins. Melita occurrit.

A. punctata Thunb. ³⁰), *reflexa* Oliv. Gallia mer., Ins. Baleares, Corsica Rambur, Etruria Passerini, Italia Boisduval, Sardinia Gené = *A. ead.* Thunb. Accedunt duo e Sardinia specimina, elytris granulorum dupli serie, alia e granulis equideni majoribus in margine infexo = var. *tuberculata* Kr.

A. tuberculata Dej. Oriente, Smyrna Petit = *A. reflexa* Fabr. var. minor, unico specimini elytris tuberculorum series externa paucis admodum composita, carina marginalis subintegra.

A. reflexa Fabr., *hispida* Herbst Aegypto Olivier = *A. reflexa* Fabr.

³⁰) Speciei nomen a Thunbergio impositum omnibusque notum mutare non censui, eo magis quod *bacarozzo* vel *bacherozzo* nomen triviale prorsus ab italis usitatum animalculis omnibus terra degentibus, sive coleoptratis, sive vermicularibus, qui sordida praesertim colunt, vel locis repositis immunditiis delectuntur, genericum usu nimis atque vulgare, speciei designationi singillatim improprium, neque latina ulla desinentia compositum, a Schrankio nequidem fortasse pro specifico nomine speciei assignatum.

Tribus XVI. *Scaurides.*

Scaurus tristis Aegypto = *Scaurus aegyptiacus* Sol. et var. A. Sol. minor. Statura variabilis, veluti omnes fere congeneres, foeminae facie *tristi* affines, elytris costa laterali super humeros altius curvato-carinata praecipue distinguendae. Quaedam e Sardinia forma valde accedunt, quibus tamen femora antica in mare dente minore postice munita, tibiarum carinula postica, seu externa, minus fortiter denticulata, femora posteriora intus tibiaeque obsoletius denticulata, tibiis posticis etiam in foemina leniter flexuosis. Karilis in viciniis ad vetusta cavernosa sepulchreta ipsem et raro legi. Genuini *aegyptiaci* specimen e Sicilia in coll. D. Pirazzoli vidi; mas e Graecia designatus a Doct. Bertolini ad examinandum missus variat minor, nitidior, elytris distinctius striato-punctatis, striarum punctis profundioribus, interstitiis evidentius parce punctulatis, costula dorsali paulo magis abbreviata, abdomine parcius punctulato: varietatem *graecus* nomine inscripsi.

Idem, *calcaratus* Herbst, Schönherr Hispania = *S. vicinus* Sol. ♂♀: mares tibiis omnibus sat basi curvatis, anticis pone curvam modice incrassatis, thorace in utroque sexu evidentius, medio praesertim, quam in praecedente punctato, elytrorum costula dorsali breviore, minus elevata ad hanc sp. pertinens. Accedunt foemina ex Hispania a D. Ghiliani relata, mas e Sardinia olim a Bonellio in vetere Taur. Musaei coll. repositus; quaedam conformia ex Hispania eodem nom. a D. Reiche missa vidi.

Idem Gallia merid. = *S. tristis* Ol. var. *giganteus* Küst. (meo saltem judicio). Statura majore, thorace dorso pone medium convxiore, subtilius disco parcusque punctato, basi fortius, angulatim, emarginato; elytris magis argute costatis, dorso nitidioribus; pedum anticorum femoribus in mare dente postico validiore, tibiis basi dorso paullulum magis dilatatis, intus curvatis, pone curvam margine anteriore magis angulose dilatato, abinde apicem usque latiusculis a vero *tristi* solummodo differt. Varietas haecce in Sardinia, Karali praesertim frequens, statura summopere variabilis, maxima saepius; etiam in Sicilia obvia, vera *tristis* e contra, utpote a Küstero delineata, rarius iisdem insulis occurrit, ejus nonnulla e Gallia merid. atque Liguria in collectionibus italicis observavi.

Idem, Sicilia Famin = *S. tristis* Ol. foemina, var. thorace sat crebre punctato, basi recte lateque marginato, opaca. Sequuntur in serie 1^o specimen nomine *giganteus* Klug, Dahl Sardinia foliculo inscriptum, mas ad *giganteum* Küst. referendus: 2^o Oran S.

Fargeau mas equidem ad eandem spectans, qui etsi elytris dorso magis planatis, costa dorsali magis abbreviata minusque elevata faciem aliam referre videatur, pedum nihilominus structura thorace que basi sat emarginato huic varietati tribuenda: 3^o foemina e Sicilia = *S. tristis* Ol. e statura majoribus.

Scaurus tristis Barbaria, Tanger Goudot ♂♀, Tripoli Latreille ♀ = *S. vicinus* Sol.: tangerianus mas, utpote supra memorata europaea specimina, nec non tripoliana foemina statura maxima corporeque magis parallelo *distincto* Sol. propius affines, mas at-tamen pedum structura, uti pro *vicino* a Solier delineata, inter omnes insignis; tangeriana e contra foemina, antennis crassioribus equidem *distincto*, at corpore minus elongato *vicini* potius descriptioni congruit; dubium quapropter mihi exortum unicam reaspe servandam esse speciem, *vicinus* nomine, eo magis quod Solierio *distincti* foemina solummodo pro studio praesto fuisse videtur.

Idem? var.? Aegypto Solier = *S. aegyptiacus* Sol. ♀ et var. A. Sol. ♀ statura minor.

Accedit spec. ex Aegypto, Ghiliani = *S. puncticollis* Sol. ♂, immaturus, obscure ferrugineus, cui etsi thorax disco anterius paululum subtilius quam solito atque paulo minus confertim rugoso-punctatus, elytris attamen brevius ovatis ab *aegyptiaco* ejusdemque varietate A distinguitur. Specimini huic juniori atque prorsus intacto corporis omnes pristinae formae optime conservatae; elytrorum costulae, una cum sutura, postice cariniformes, apicem versus subtiliter denticulatae, lateralis antice supra humeros alte elevata, basi summa abrupte fere desinit, series e punctis profundis, modice remotis, interstitiis vix punctulatis; thorax infra sat crebre granulosus, abdomen subtiliter, crebre rugoso-punctatum; femora antica crassa, postice dente valido triangulari, antrorum porrecto munita, antice spina maxima intus excavata, fortiter recurva, fere in spirae modum revoluta, apice valde oblique extrorsum truncata, tibiae basi arcuatae, inde subrectae, intus leniter canaliculatae, marginibus laxe denticulatis, posteriores rectae, granulosae.

Minoribus maribus tibiarum anticarum spina minus valida, longiuscula, leniter flexuosa, apice attenuata atque mutica; foeminis omnibus (uti in plerisque congeneribus) femora antica postice dente nullo, aut vix obsolete angulata, spina anterior minor, acutiuscula, parum arcuata, tibiae subrectae, simplices.

Idem var. Barbaria, Tanger Goudot = *S. algericus* Küst. (nifallor): foemina statura parva, jam usu vitae detrito specimini thorax minus profunde punctatus, forma attamen corporis elongata,

elytris distinctius punctato-striatis pluribusque notis congrua. Conformia e Barbaria pariter alio loco a D. Breme uti incerta species in coll. reposita, mares et foeminae structura vix inter se dissimiles, huc referre censui, pluribus quamvis omnibus hisce *S. elongatus* Muls. conferre videatur: sequitur exempl., Aegypto Klug, folliculo inscriptum = *S. puncticollis* Sol. ♀ e statura minoribus.

Accedit demum corpore brevius, nitidum foemineum specimen, quod cum mare, pariter e Barbaria, in vetere R. Musaei collect. extante collatum nom. *latipennis* n. sp. inscripsi: *breviter ova-*
tus, nitidulus, capite subtiliter thoraceque parum crebre distincteque
punctatis, hoc leniter convexo, basin versus attenuato, basi recte
truncato, elytris latis, dorso planatis, tricostatis, costa dorsali po-
stica brevissima, laterali cariniformi marginalique subtiliore inte-
gris, subtiliter seriato-punctatis; antennis validiusculis, elongatis. --
 Long. $6\frac{1}{2}$, lat. $3 - 3\frac{1}{4}$ lin.

Mas nitidior, paullulum latior, antennis tenuiusculis, articulo ultimo valde elongato; thorace anterius magis ampliato, elytris distinctius seriatim punctatis, substriatis; femoribus anticis spina anterius acuta, dente postice minuto armatis, tibiis iisdem basi leniter arcuatis, vix postinde dilatatis; abdominis segmento primo basi leviter impresso. Foemina epistomate obsoletius punctulato, antennis validiusculis, articulo ultimo minus elongato; thorace subquadrato; elytris obsoletissime seriatim punctatis; femoribus anticis spina anterius parva munitis, tibiis simplicibus; abdomine crebrius punctato.

Facie minoribus quibusdam *S. tristis* speciminibus affinis, at brevior, nitidior, elytris praesertim, sutura haud elevata, inter costulas laterales planiusculis, obsoletius striatis primo intuitu distinctus. Caput subtiliter, parum crebre, vix parcus in mare ad epistoma punctatum, hoc apice leniter emarginato, fronte foveola media parum impressa. Thorax latitudine maxima paulo brevior, ante minus quam postice attenuatus, angulis anticis deflexis, parum prominentibus, lateribus modice rotundatus, basi recte truncatus, margine basali tenui, dorso, in mare anterius paulo magis, modice convexus, punctis rotundatis, minus subtilibus, uniformiter fere, parum crebre punctatus, interstitiis laevigatis, obsoletissime longitudinaliter postice canaliculatus, vix ad medium basin impressus. Elytra latitudine vix duplo longiora, lateribus modice rotundata, apice attenuata, sat breviter postice declivia, costa dorsali ad trientem posticum brevi, parum elevata, in mare breviore, sutura prope apicem solummodo elevatula, costa laterali integra, haud subtili, sat elevata, basi introrsum valde arcuata, marginali subtili, minus ele-

vata, postice obsolete crenulata; interstitiis seriatim distinete, hinc inde in foemina obsolete subtiliterque punctatis, seriebus in mare subtilissime lineolatis, interstitiis plus minusve distinete uniseriatim punctulatis. Pectus in mare subtiliter, in foemina obsolete rugulosum: abdomen subtiliter parum dense punctatum. Pedes longiusculi, femoribus etiam anticis minus quam in affinibus incrassatis.

Systematice post *vicinum* Sol. quo multo minor atque relative brevior collocandus.

(*S. interruptus* Latr. Breme Tunis = *S. interruptus* nov. sp.: *Oblongo-ovalis, subnitidus, capite antice subtiliter, postice thoraceque mediocriter disco, fortiter utrinque punctatis: thorace basin versus leniter angustato, basi emarginato; elytris oblongo-ovatis, basi rotundatis, seriatim punctatis, tricostatis, costa dorsali postica acuta, laterali basi acuta, medio interrupta, postice abbreviata, marginali leviter expansa, pone medium subsinuata. Mas tibiis anticis intus basi arcuatis atque constrictis, ante medium modice dilatatis.*

— Long. 8, lat. 3 lin.

S. tristis mediae magnitudinis ind. statura accedens, varietati *giganteo* thoracis structura et sculptura valde affinis, elytrorum porro forma atque sculptura ab eo caeterisque congeneribus discedens. Caput epistomate subtiliter parceque, fronte paullulum fortius parum profunde punctatum; antennae graciles, elongatae. Thorax forma atque punctura *giganteo* affinis, dorso subtiliter canaliculatus, quadrifoveolatus, basi emarginatus, interstitiis nitidioribus, margine basali tantisper argute elevato. Elytra oblongo-ovalia, ad humeros relative angustula at sat rotundata, lateribus pone humeros parum, magis sensim usque pone medium rotundata, substriato punctata, punctis majoribus, disco fere transversis, parum impressis, interstitiis per parce seriatim granulatis; sutura anterius modice, postice sat costisque tribus elevatis, hisce cariniformibus, dorsali anterius paulo ultra medium, sensim obsoletius, postice sinuatim ad junctionem usque marginalis producta, laterali in basi ipsa leniter arcuata atque declivi, medium usque arguta, lato ibidem spatio interrupta, inde pone medium denuo per pare spatium minus argute continuata, postice sat abbreviata, marginali valde arguta, extrorsum leniter dilatata, paulo pone medium levissime emarginata, obsolete postice denticulata. Abdomen subtiliter parum crenbre, subtilius medio punctatum, femoribus anticis dente postico parvo, antice spina mediocri, parum relative elongata, parum acuta armatis, tibiis leviter arcuatis, basi curvatis, vix dorso dilatatis,

pone curvam, ad medium circiter, modice dilatatis, abinde apicem usque leviter emarginatis, intus margine utroque obsoletissime denticulato.

Scaurus striatus Fabr. Gallia mer., Sicilia Famin, Italia Duponchel, Etruria Passerini, Neapoli Latreille = *S. id.* Fabr. ♂ ♀: *italica* specimina plerumque elytrorum striis obsoletius punctatis minusque conspicuis; una ex etruscis foemina variat thorace minus transverso, basi obsolete emarginato, disco etiam antico sat fortiter punctato, elytris distinctius seriatim punctulatis. Variat haud raro in Sardinia elytrorum stria dorsali ante basin sat abbreviata, in Gallia mer. elytris inter costulas leviter inaequalibus, fere laevigatis.

Idem *Barbaria Latreille*, *Minorica Galle* = *S. id.* Fabr. ♂ ♀: sequitur spec. *Oran S. Fargeau* = *S. Varvasi* Sol. ♀: hujusce speciei mas, ni fallor, in coll. mea ex Aegypto aliquanto, praesertim thorace, latior, major, equidem depresso, epistomate ut in foemina, pariter ac in *striato* sat profunde emarginato, antennis validiusculis, tantisper quam in illa, articulo ultimo praesertim, longioribus, femoribus anticis dente validiore, postice ante apicem fortius angulato-dilatatis, in foemina obtuse dentatis; tibiis iisdem longioribus, arcuatis, margine postico grosse obtuseque bidentato, posteriorum femoribus tibiisque intus denticulatis: antennarum structura ad primam reaspe sec. Sol. divisionem spectat.

S. punctatus *Barbaria*, *Tangeri Goudot* = *S. id.* Hrbst. Sol. Quanam nota *S. punctatus* Fabr. ab hujusce foeminis discedat ex auctoris paucis allatis nullomodo patet, Fabricii nomen verisimiliter speciei Herbstianae primum adjungendum.

Idem *Herbst*, *Fabr.?* *Hispania et Gallia mer.* *Perpignan* = *S. id.* ♂ ♀.

Idem *Aegypto Latreille*, *Oran S. Fargeau* = *S. id.*: foemineo aegyptiaco specimini puncta elytrorum hinc inde nonnulla majora, non profundiora, interstitiis quibusdam intricatis.

S. atratus *Aegypto?* *Syria Latreille* = *S. id.* *Fabr. syriacus* mas, aegyptiaca inter hos foemina variant elytrorum costula marginali obsoletiore, anterius fere nulla.

Idem *Gallia mer.*, *Sardinia Bonelli*, *Sicilia Lefebvre* = *S. id.* *Fabr.* ♂ ♀.

S. lugubris *Dej.* *Barbaria Tripoli* = *S. barbarus* Sol. ♀³¹⁾

³¹⁾ Parum cognita atque verisimiliter sat rara in collectionibus species, majoribus *S. puncticollis* Sol. speciminibus saepe nomen ejus tributum.

cui mas accedit a D. Breme hisce folliculo designatus „*barbarus*“ Dup. Tripoli, *voyage* Dup., de M. Dupont: mas *S. tristis* majoribus statura aequalis, longe tamen angustior, thorace praesertim minore, elytris basin versus attenuatis praeter antennas pedesque quam in omnibus relative multo longioribus gracilioribusque a congeneribus discedens: foemina corporis forma adamussim identica, sesqui minor, thorace medio paulo minus distincte canaliculato, basi minus impresso minusque emarginato; elytris dorso vix seriatopunctatis; femoribus anticis retrorsum (in mare dentatis) leviter angulatis, anterius spinula subtiliore armatis, tibiis iisdem linearibus, abdominis segmentis tribus primis subtiliter sat crebre granulosis, haud pliculatis.

Scaurus rugulosus Latr. patria incerta Latreille, Hispania, Carthagena = *S. rugulosus* Sol. mas femoribus anticis crassioribus, retrorsum ante apicem sat angulato-dilatatis, antrorsum spina valida, longiore, recurva, apice mutica armatis, posticis intus denticulatis; tibiis anticis valde curvatis, basi gracilioribus, margine interiore postice grosse obsoleteque crenato, iisdem foeminae modice curvatis, sublinearibus.

S. hespericus Dej. Barbaria, Tangeri Goudot, Hispania mer. Rambur et Bonfils = *S. uncinus* Först., *hespericus* Sol. ♂♀. Accedunt plura a D. Ghiliani ex Andalusia relata, interquae nonnulla statura longe minora, plerumque opaca, thorace interdum paulo minus subtiliter profundiusque punctato, nom. *hispanica* Sol. in litt. Ultimum prostat ind. e Barbaria nom. *crassipes* Sol. structura identicum, elytris attamen paullulum brevioribus.

S. carinatus Schmidt Aegypto: plures hue in serie commixtae species: primum a Solier datum specimen atque tertium = *S. punctatus* Herbst Fabr. mares: alterum a Schmidt = *S. Sancti-Amandi* Sol. mas, auctoris descriptioni sat apte respondens, *puncticollis* minoribus summopere affinis, thoracis structura parum a genuino *tristi* abscedens, quatenus ei thorax dorso medio minus quam in *puncticollis* convexus, lateribus pone medium basin usque oblique subrectis, triangulariter ante basin impressus, basi leniter emarginatus; punctura ejus, uti et capitis apprime ut ab auctore pro hac specie definita, elytrorum forma *puncticollis* potius quam *Varvasi* affinis, costis attamen minus quam in utroque subtilibus, dorsali haud, ut in eis, basin versus sensim evanescente, ast subito ab ea parum procul abbreviata, lateralii hac validiore, ad humeros praesertim sat elevata; striarum insuper punctura validiore ab utraque discedens, eadem tantisper quam in *ruguloso* subtiliore, modice pro-

funda, interstitiis fere planis, pariter ac costae nitidis; pedes antici et antennae quam in *puncticollis* minoribus maribus validiores, femorum anticorum spina anterius minus extrorsum revoluta, apice rotundatim obtusa, tibiis iisdem basi intus paulo magis constrictis, ante medium paullulum crassioribus; pectus huic obsolete granulosum, abdomen lateribus parum crebre, medio parce subtiliter punctatum, vix basi granulosum. Quartum spec. Schmidt = *S. puncticollis* Sol. mas e statura parvis: quintum a D. Klug = *S. carinatus* Sol. foemina typico mari a Solier dato ex Aegypto, alio loco in coll. reposito, structura admodum conformis, statura minima, elytrorum praesertim characteristic sculptura atque nitore a supra citato *Sancti-Amandi* mare parum discedens, at thorace paulo minus dorso depresso, magis regulariter lateribus rotundato, fortiter confertimque punctato, ante basin haud impresso, margine basali latiusculo, subrecto ab eo discedere videtur; costulae elytrorum in hac longe minus antice elevatae, humera minus rotundata, interstria evidenter granulata; pectus subtiliter distincte granosum, abdomen subtiliter parceque punctatum.

Idem? Gallia mer.? = *S. Sancti-Amandi* Sol. Mas forma, punctura atque sculptura praecipue elytrorum supra memorato mari si millimus, major, robustus, costa elytrorum lateralii altius adhuc elevata, quapropter elytra basi paulo magis quadrata videntur; capitis in hoc punctura paulo subtilior atque densior, thorax evidentius medio postice canaliculatus, angustius ante basin impressus, basi paulisper magis emarginatus, elytra subtilius seriatim punctata, interstria granulis quibusdam consparsa, dum in illo fere nulla: thoracis latera infra distinctius, uti in *carinato*, granulosa, abdomen tantisper crebrius, multo minus attamen quam in *puncticollis*, obsolete punctatum, segmento primo sat excavato, crebre granulato; pedes equidem validi, tibiis anticis margine postico fortius crenulato; antennae paullulum validiores, relative paulo minus elongatae. Specimen verisimiliter ex Africa boreali, dubiose prorsus pro gallico a Dejeanio designatum.

Omnibus perpensis mirum haud mihi si pluribus ad examinandum prostantibus speciminibus, *S. Sancti-Amandi* nonnisi quam *carinati* varietas foret habendus, quo, utpote in *puncticollis* etiam accidit, majoribus speciminibus thorax antice parcus vel subtilius quam in normalibus minoribusque, foeminis praesertim, punctatus: elytrorum sculptura alioquin species optime distincta.

Idem? Oran S. Fargeau = *S. dubius* Sol. foemina, *punctatum* inter et *atratum* intermedia potius species videtur.

(*Scaurus vicinus* Breme Graecia = *S. atratus* Fabr. var. *vicinus* Dup. Sol. foemina minor, relative paulo brevior, opaca, thorace crebrius punctato, lateribus postice minus rotundato, basi recte truncato, angulis posticis obtusis, haud rotundatis, elytris subtiliter striatis, striis punctis minoribus impressis, sutura intersticiisque duobus postice elevatis, costula marginali antice obsoleta, postice angusta, denticulata.

Variat *atratus* in Sardinia mas major, opacus, brevior et latior, elytris subtiliter striatis, iisdem interdum corrugatis, punctis striisque confusis.)

Cephalostenus elegans Dej. Graecia Latreille, D'Urville = *C. orbicollis* Mén., *elegans* Sol.

Idem Constantinopoli = *C. orbicollis* Mén. ♂♀ et *elegans* Br. ♀; ad hunc spectat etiam spec. ♀ e Syria Boheman: aliud e Smyrna Truqui = *C. orbicollis* ♂.

C. Dejeanii Sol. Peloponneso Solier et Duponchel = *C. elegans* Br. ♂ et *orbicollis* Mén. ♂.

Tribus XVII. *Blapsidae.*

Tagona acuminata Fisch. Bucharia Fischer = *T. tinodacyla* Fisch. mas verisimiliter, malum atque mutilatum specimen.

T. macroptalma Fisch. Deserta Kirgh. Bartels ♂, *acuminata* Fald. Turcomannia ♀ = *T. macroptalma* Fisch. ♂♀.

Gnaptor spinimanus Pall. Rossia mer. Mannerheim, Sahlberg, Tauria Steven = *Petrobius* id. Pall. ♂♀.

Idem (*Pimelia laevigata* Fabr.) Hungaria et Volhynia = *P. graecus* Küst. unicus mas, et *P. spinimanus* ♂♀ e foeminis una elytris crebre corrugato pliculatis, dorso substriatis insignis.

• Id. var. Volhynia = *P. id.* ♂♀ var. minor, foemina praesertim thorace angustiore elytrisque brevius ovatis a caeteris discedit.

Blaps Vidmanni Sol. Aegypto Solier = *Blaps Wiedemannii* Sol. ♂♀. (*B. grandis* Dej. Cat. et coll. ab ejusdem maribus nullo modo discedere videtur; specimina e Prom. bonae-spei a Dupont.)

B. Pelletieri Dej. Oran S. Fargeau = *B. prodigiosa* Erichs., *multicosta* Sol. una ♀ cui plura accedunt e variis Algiriae regionibus specimina thorace elytrisque basi angustatis, hisce sat valide plerumque costatis, uniformiter fere punctatis; prosterni processu pone coxas apice trilobo, dente medio parvo, parum elevato: abdominis segmento primo maris basi bituberculato; elytrorum mucrone crassiusculo.

Blaps lineata Dej. Aegypto Solier = *B. eadem* Sol., *polychresta* Forsk. sec. Reiche: thorace elytrisque basi minus angustatis, elytrorum costulis minus elevatis, vix punctulatis, interstriis duplii punctorum serie impressis; prosterni processu pone coxas apice sat alte compresso-carinato, carinae apice rotundato, parum producto; abdominis segmento primo in mare tuberculo transversim carinaeformi, usu vitae saepe truncato; elytrorum mucrone in mare tenui, in foemina breviusculo.

Ead. var.? Aegypto Lorey et Solier = *B. eadem* var. A. Sol. ♂ minor et angustior, elytrorum intercostis obsoletius biseriatim punctatis: tum var. B. Sol. ♀ tibiis posticis rectis.

Foeminae accedunt a D. Breme additae, minores nom. *maura* Dup., elytris paulo minus ovalibus, haud vero ut in *sulcata* lateribus parallelis, intercostis subbiseriatim punctatis, mucrone apicali minore, tenuiusculo, apicibus parum divaricatis.

B. sulcata Dej., *cylindrica* Schmidt Aegypto = *B. sulcata* Fabr., Sol., Küst. ♂♀ corpore magis cylindrico, convexiore, elytris apice brevius magisque declivibus, femoribus fortius punctatis, abdominis tuberculo in mare plerumque rotundato, haud transverso propria atque distincta a praecedente species videtur. Plures accedunt, inter quas foemina major, crassior atque nitidior, thorace fortius anterius rotundato posticeque constricto, elytris dorso obsoletius costulatis, typicam nibilominus faciem praeserferens.

(*B. . . ? Africae borealis regione incerta* = *B. cordicollis* Sol. verisimiliter, tres foeminae thorace fortius cordiformi, elytris magis ovatis, a basi subito fortius ampliatis, obsolete costulatis, mucrone apicali brevi, tenui, apicibus gracilibus, magis divergentibus a *magica* Er. discedentes. Masculum specimen nom. *cordicollis* Solier olim a D. Reiche missum, unum par a D. Deyrolle in Genuensis Musaei coll. prostantes e Syria nullomodo a *B. judeaeorum* Mill., e duobus typicis nuperrime a D. Haag acceptis discedunt; character hisce proprium atque singulare, necdum, ni fallor, ab auctoribus allatum ex ultimo abdominali segmento patet, cui in utroque sexu prope apicem plagula rotundata dense fulvo vel ferrugineo pilosa prodit, quae in *cordicollis* atque *magica* deest.)³²⁾)

³²⁾ *Blaps orientalis* Dej. India or. Duponchel: unicum Dejeanianum foemineum specimen ab *orientalis* Sol. descriptione atque ab alia foemina a D. Breme subjuncta descriptioni eidem conformi variat labro apice profundius emarginato, capite equidem subtiliter at paulo densius punctato, elytris utrinque ab humeris paullulum

Blaps substriata Leach *Barbaria Tripoli* = *B. substriata*?
 Sol. Tria huc reposita specimina mares duo atque foemina: mares

magis, medium versus paulo minus quam in illa rotundatis, apice magis declivibus, rotundatim subverticalibus, mucrone tantisper breviore, costulis omnibus uti in *prodigiosa* elevatis, cariniformibus, uniformiter fere, subtilissime obsoleteque punctulatis (a *prodigiosa* veruntamen corpore crassiore brevioreque, thorace latoe praesertim discedit); tibiis fortius scabrosis, tarsorum posticorum articulo primo quarto evidenter longiore varietatem *tarsalis* nomine in coll. designavi.

Tertium a D. Ghiliani, pariter ex India orientali, subjunctum spec., mas ad *punctatostriatam* Sol. spectare videtur ob thoracis maxime elytrorumque structuram atque sculpturam: statura paece dentibus minore, elytrorum mucrone tenui, modice elongato, abdominis segmento primo inter coxas mediocriter tuberculato, apice penicillato, tarsorum posticorum articulo primo quarto haud longiore. Elytrorum sculptura *aegyptiacae* Sol. valde proxima at thoracis praecipuae forma distinguenda. Ei conformia atque meo iudicio consocianda nonnulla utriusque sexus individua a D. Doria in Persia meridionali collecta: corpore oblongo-ovali, thorace transverso, subtiliter parce punctato, elytris dorso longitudinaliter minus convexis, fortius apice declivibus atque rotundatis, subtiliter seriatim punctulatis, interstitiis planis; corporis forma *lineatae* quibusdam atque *nitentis* speciminibus accedit at specificie dignoscitur thorace transversim subquadrato, lateribus leniter rotundato, elytris sat angustiore; pedes ei elongati, femoribus parum incrassatis, sublinearibus, extus parce subtiliterque punctatis, mediis granulis paucis admodum atque obsoletis obsitis, omnibus intus fere laevibus, margine postico parum fortiter denticulato; prosterni processus pone coxas segmenti basin versus dilatatus, medio parum vel obsolet dentatus; mentum apice sat profunde medio emarginatum, fere excisum: antennae itidem fere ac in *gigante* constructae; elytra plerumque distinete striato - punctata, interstitiis omnibus aequalibus, planatis, parcus subtiliusque, quam striae, punctatis, variat interdum alternis elevatulis, latitudine inaequalibus; earundem mucro in mare tenuis, modice, in foemina parum longus, ab elytrorum sinu valido exoriens: pectus utrinque sublaeve, obsoletissime punctulatum, thoracis pleuris ad acetabula pliculatis; abdomen plus minusve corrugatum, maris segmento primo modo tuberculo parvo, modo carinula transversa truncata, transversim plicato, apice penicillato.

corporis formam *sulcatae* Fabr. simulant, thoracis etiam structura eidem affines, uni ex his nitido anguli thoracis postici magis rotundati, elytra paulo minus elevate costulata, parce admodum, uniformiter punctulata; alteri opaco thoracis anguli postici subrecti apice rotundato, elytra obsolete costulata, subseriatim parcus punctulata: at mento apice transversim evidenter impresso, limbo ejus sat, labri apice profundius emarginatis, prosterni processu pone coxas anticas longe minus sinuatim curvato, fortius carinato, carina apicem usque recta, recte angulata, magis producta; pedibus gracilioribus tibiis quatuor anterioribus magis elongatis, intus evidentius curvatis a *sulcata* praecipue discedunt. Anne reapse ad *substriatam* Sol. referendi dubium ex eo mihi, quod eis caput et thorax subtiliter, at evidenter, punctulata, thoracis non eadem apte uti a Solierio delineata structura videtur.

Foemina a sardois, siculis et tunetanis *gigantis* Lin. foemineis speciminibus haud sezungenda, quibus interdum elytris postice costularum vagum adparet inditum.

(*Blapi substriatae* Sol. absque dubio referenda foemina e Tripoli, absque nomine in alia capsula a D. Breme reposita, quae latiuscula atque sat convexa, postice, uti supramemorati mares, obtusa itidemque mucronata, thoracis quoque structura cum illis convenit; ei, immaturo specimini, costulae elytrorum oblitteratae, sulcula undulata, sutura anterius paullulum elevata. Identium spee. ♀, maturam ex Aegypto habui.)

Blaps cognata Dej. Aegypto Petit = *B. cognata* Sol. ♂♀: minoribus *gigantis* Lin. proxima, at notis consona a Solierio allatis, plane distincta; prosterni processus ei pone coxas fere uti in illa, at minus fortiter compresso-carinatus, ante carinam latius sinuatus.

(*B. . . ?* Algiria duo foeminae, quarum prima = *B. superstitionis* Er. elytris sat distincte costulatis; altera elytris dorso planiusculis, costulis basi obsolete, apice conspicuis, mucrone apicali fortius in spinulas duas acutissimas divergente, ad *bifurcatam* Solier spectat.

B. robusta Dej. Oran S. Fargeau = *B. magica* Er. ♀ e maximis, nitida, elytris amplis, utrinque sat rotundatis, obsoleteissime

B. aegyptiaca Sol. in Persia mer. sat copiose, in boreali parcus a D. Doria quoque reperta, elytris subtilius, minus distincte ut plurimum seriatim punctatis, mento apice subrecte truncato, vix emarginato, femoribus intus fortius denticulatis corporeque postice minus breviter declivi a praecedente praesertim distinguitur.

costatis. Specimen accedit paullulum minus, nitidissimum, laevigatum, foemina nom. *hydropica* Chevr. forma *superstitiosae* valde affinis, at thorace anterius minus ampliato, angulis posticis obtusis, elytrorum mucrone minore, gracili, acute dehiscente ad *prophetam* Reiche verisimiliter pro varietate nitidiore adscribenda.

Blaps tarda Dej. Patria ignota = *B. gigas* Lin. ♀ minor.

B. armeniaca Fald. Persia occ. Faldermann, *ominosa* Mén. Mannerheim ♀, *Titanus* Mannh. ♂ Turcomannia Karelín = *B. ominosa* Mén. quibus specimen accedit e Persia occid. ad Erivan a Prof. De Filippi relatum: omnibus mentum ante apicem utrinque convexum, longitudinaliter obsolete canaliculatum, margine antico emarginato, quo bilobum videtur: abdominis segmentum primum in mare carina valida, transversa, conico-truncata instructum, margine medio plus minusve anguste excavato, parum penicillato, secundi basi integra: elytrorum mucro longissimus apice fere crassior, rotundatus quo inter congeneres insignis.

Ob a D. Fischer de *armeniaca* Fald. allata hoc nomine speciem indicendam non censui, eo magis quod specimen prius a Faldermann datum in coll. deest.

B. deplanata Mén. Turcomannia Ménétries = *B. eadem* ♀ cui mas e Sibiria additus.³³⁾

B. gages? Fabr. var.? Gallia mer. Nimes Maille = *B. gigas* Lin. ♂ minimus admodum, *B. confusa* vix longior, triente angustior, cui parva foemina subjuncta.

B. gages Fabr. Barbaria, Bone Koenig = *B. gigas* Lin. ♂ ♀.

Eadem? patria incerta Banon = *B. magica* Er. ♀ cui subjunctum spec. ex Algiria, Oran = *B. prophetæ* Reiche ♀.

Eadem Constantinopoli = *B. gigas* Lin. ♂ ♀ quibus associatum spec. ex Insubria nom. *piligera* Villa, mas ad *gigantem* pariter referendus, tibiis posticis paulo magis arcuatis.

Eadem Sicilia Latrèille, Tripoli Leach, Georgia Mannerheim =

³³⁾ *Blaps deplanata* Mén. var. *curvipes* turcomanicis corporis characteristicā forma conveniens, thorace autem angustiore, anterius paulo minus dilatato, subtilius marginato, tibiis posticis extorsum apicem versus sat curvatis differt: elytrorum unico mari mucro brevior et obtusior, verisimiliter ex pliculis quo corrugatur non bene in metamorphosi explicatus; abdominis segmentum primum tuberculo valido in carinam transversam, truncatam elevato munitum. Persia mer. Doria.

B. gigas Lin. ♂: hisce duo mares subjuncti e Rossia mer. Ménétries, foemina e Georgia Mannerh. = *B. taeniolata* Mén., *aegyptiaca* Sol.

Blaps gages Gallia mer., Corsica, Hispania = *B. gigas* Lin. ♂♀; hisce duo ♂♀ accedunt nom. *piligera* Villa ex Insubria, *gigantis* var. minor.

Eadem Dalmatia, Algiria = *B. gigas* Lin. ♂ quibus algirica foemina accedit = *B. brachyura* Küster. Subjunctum hue specimen e Barbaria ♀ nom. *bifurcata* Sol. folliculo ejus manu inscripto, ut pote citatum supra specimen auctoris descriptioni apprime conferens: ex descr. ab eo *B. Strauchii* Reiche haud longe abscedere videtur: *bifurcatae* mares non vidi.

B. producta Dej. var. Gall. mer. = *B. producta* Cast. ♀ var. minor: eadem, *lata* Rambur, var. *crassior*, elytris obsolete costulato-undulatis.

Eadem Gallia mer., Barbaria, Tangeri Goudot = *B. ead.* Cast. ♂♀ et spec. ♂ a D. Solier; quibus subjuncta *gigantis* L. foemina.

Ead. Oran S. Fargeau = *B. nitidula* Sol. ♂♀: foemina corpore paulo minus quam in *Emondi* crasso, elytris minus ampliatis, thorace anterius minus quam in *gigante* dilatato caeterisque descriptioni conformis; mares elytrorum muerone pariter ac in foemina crasso, modice elongato, haud dehiscente cum ea convenient, at corpus eis angustior, oblongo-ovalis, elytrorum margo superne totus conspicuus, abdominis segmentum primum fortiter transversim totum plicatum, basi callo valido, late truncato instructum; segmenti ejusdem apice haud penicillato *productae* proximi, a qua corpore angustiore, cauda crassiore multoque breviore, apicibus valde obtusis praecipue discedunt.

Hisce fortasse referenda *B. magica* Er. sec. Motschulsky, quam iste inter Blapisas, abdomine haud penicillato recensuit.

Hos pone sequitur spec. e Kordofan a D. Breme additum, *productae* structura atque corporis punctura adamussim conforme; foemina attamen forma, uti in ejusdem maribus angustior, mento profunde triangulariter exciso, lobis utrinque rotundatis; labro evidenter angustiore; antennis paullulum brevioribus, thoracis quadrantem posticum solummodo attingentibus; prosterni processus pone coxas lobo terminali medio minore, acutiusculo, mesosterni basi summa eum pone dense villosa: varietatem (?) nomine *Kordofana* designavi.

B. hispanica Dej. var. Hispania = 1^a. *B. producta* Cast. ♀, sequentes *B. hispanica* Sol. ♀ et mas laevior, nitidior.

Eadem Hispania = *B. hispanica* Sol. ♂♀.

Blaps abbreviata Dej. Hispania, Carthagena = *B. brachyura* Küst. ♂♀ et spec. ex Algiria.

B. pruinosa Eversm. Tataria Faldermann et Mannerheim = *B. eadem* Fald.

B. canaliculata Fisch., *elongata* Mannb., Rossia mer. Métréries, *elongata* Persia Falderm. = *B. elongata* Mén. ♂♀.³⁴⁾

B. mortisaga Fabr. Suecia, Germania, Volhynia = *B. mortisaga* Lin. ♂♀.

³⁴⁾ *Blaps elongata* Mén. copiose a D. Doria in Persia sept. nacta, elytris haud raro subseriatim punctatis, substriatis. Ei, licet multo angustior, corporis habitu quodammodo proxima Blaps e Taschkend a D. Dohrn missa atque in sua collectione nom. *sca-biosa* designata: oblonga, subparallelia, capite subtiliter distinete punctato, disco medio sublaevi, fronte obsolete bifoveolata, epistomate linea arcuata, medio sinuata a fronte distineto, apice leviter, labro sat emarginatis; antennis elongatis gracilibusque, articulis 4—7 longiusculis, subaequalibus, 8—10 globosis, crassitie fere longioribus; thorace subquadrato, ante medium latissimo, lateribus anterius leniter rotundatis, a medio basin versus subrectis, basi late emarginato, angulis posticis rectis, anticis fere rotundatis, lateribus fortiter marginato, dorso fere plano, utrinque vix, anterius leniter convexo, inaequali, parum subtiliter, sat profunde inaequaliter punctato: scutello relative magno, dense fulvo piloso, pilosis etiam capititis lateribus pone oculos: elytris basi thorace haud latioribus, lateribus anterius vix rotundatis, subparallelis, paulo pone medium apicem usque sensim una cum cauda validiuscula, modice longa attenuatis, dorso parum convexis, granulis mediocriter densis limae instar asperatis, subnitidis: mento subtransverso, late rotundato, basi fere biimpresso; prosterno inter coxas mediocri, obsolete canaliculato, postice verticali, apice dilatato, medio vix dentato; mesosterno canaliculis tribus impresso, lateralibus profundioribus; abdominis segmentis tribus primis vermiculatis, obsolete punctatis, primo basi summa tuberculo parvo, pone coxas tenuiter transversim striguloso, haud penicillato; pedibus gracilibus, femoribus parum incrassatis, tibiis anterioribus sat curvatis, posticis ante medium leviter flexuosis, tarsis pro statura longulis, haud compressis.

Marem in litteris D. Dohrn indicavit: dubium mihi anne forte ad *B. coriaceam* Fisch. referenda, at plures ab auctoris descriptione discrepantes notae videntur: a *Peltario marginato* Fisch. thorace quadrato, basi arcuatim evidenter emarginato praecipue abscedit.

Blaps mortisaga var. *substriata* Fald. Persia = *B. elongata* Mén. ♀.

B. depressa Kl., *gigas?* Fischer Bucharia Klug ♂, Deserto Kirghisorum, *heros* Mann. Turcomannia ♀ = *B. stenothorax* Fischer foemina saltem thorace opaco, elytris dorso obsolete bicostatis caeterisque notis, in genere e deplanatis maxima, optime descriptioni congruens: mas nitidior, thorace tantisper parcus punctato, elytris subaequaliter obsolete striatis: ad *holconotam* Fischer quae forte una eademque species, ex iis maxime quae de ea Motschulsky refert, mas fortasse consociandus, abdominis segmento primo fortiter obtuse-truncato mucronato, basi fere carinato-elevato, apice penicillato.

B. obtusa St. Constantinopoli = *B. mucronata* Latr. var. *reflexa* Sol. Accedit specimen e Pedemontio: alio e Dalmatia antenna dextra decem articulata, articulo decimo nullo, omnibus normaliter conformatis.

Eadem St. Fabr.? *mortisaga* Oliv. Parisiis, Gallia mer. = *B. mucronata* Latr. ♂♀. Accedit specimen paulo minus, thorace angustiore, lateribus magis reflexis nom. *stricticollis* Villa: var. haud rara pluribus e Corsica etiam speciminibus in coll. prostantibus.

Eadem Dalmatia = *B. mucronata* Latr. cui sub juncta var. *di-latata* Dahl nulla ratione a genuinis discedens.

Eadem Corsica et Sicilia = *B. mucronata* et var. thorace plus minusve angustiore, lateribus reflexis.

B. seriata Fisch. Bucharia Fischer ♂, *pterosticha* Fischer Aria ♀ = *B. seriata* Fisch. ♂ et *pterosticha* Fisch. pariter mas videtur, ambo aptenus uti ab auctore descriptae atque plane distinctae species, etsi aliquantis per facie consimiles, epistomate ambo-bus recte truncato, *pterosticha* autem, a Dejeanio utpote foemina designata, mas potius mihi videtur abdominis segmento primo sat, uti in *confusa*, transversim plicato, plicis basalibus medio elevatis; antennae ei uti in *songarica* breviusculae.

Ead. var., *subalpina* Mén. Turcomannia Mannerheim = *B. subalpina* Mén. ♀ corpore infra crebre punctato pedibusque creberrime granosis inter affines insignis.

B. marginata Fisch. Rossia mer. Fischer = *B. similis* Latr., *fatidica* St. Sol. ♂ a nostratis nullomodo discedens.

B. carbo Stev. Rossia mer., Caucaso Steven, *Jaegeri* Humm. Ménétries, *mortisaga?* Ménétries = *B. Jaegeri* Humm. ♂ cui associatum spec. folliculo *obtusa* Stev. designatum = *B. similis* Latr. ♀.

Blaps carbo? callosa Fald. Persia occid. Faldermann = *B. anthracina* Fald. verisimiliter, ♀ ex masculo specimine e Tiflis hoc nomine ab auctore misso, quod reapse a *Jaegeri* thorace lateribus ante angulos posticos sinuatis, hisce rectis, plus minusve extorsum saepe quasi dilatatis, nitido saepius distinguitur; attamen nom. *callosa* foemina, opaca, tantisper minor, thorace paulo crebrius punctato variat: *anthracinæ* mas e contra tantisper longior, thorace parcius punctato, abdomine penicillato: plura nihilominus huc meo visu quoque referenda specimina sive in Persia boreali a Prof. De Filippi, sive in Armenia a D. Doria collecta, corpore interdum nitido, plerumque opaco, elytris vel parcius, vel plus minusque crebre seriatimve punctatis, thoracis structurae in omnibus firmo persistente charactere dignoscenda, quo etiam a *reflexicollis* abscedunt: ad *anthracinam*, fortasse, thoracis praecipue habita ratione, *sinuatocollis* Sol. accedit. Additum huc spec. nom. *reflexicollis?* Turcomannia Ménétries, mas, thorace praecipue apicem versus sensim magis attenuato et longiore, qui ad *reflexicollis* Fisch. nec Sol. spectare videtur.

B. reflexicollis Ziegl. Rossia mer. Steven, Mannerheim = *B. similis* Latr. ♂♀: inter has foemina in serie ultima, thorace longiore, multo crebrius punctato ad *confusæ* Mén. varietatem et in Pedemontio atque Hungaria rarius viventem referenda, cujus foeminas solummodo vidi; est ei corpus ut in *simili* latius, thorax praesertim late subquadratus; passim in coll. italicis etiam e Transsylvania; e Rossia mer. a D. Solier nom. *reflexicollis*.

Eadem var. Deserto Kirghis. Zubkoff et Eschscholtz = *B. reflexicollis* Fisch. var. minor ♂♀ thorace pariter longiusculo, subtilater punctato, mares abdomine penicillato; hisce autem elytrorum mucro maribus brevior quam in supra memorato ejusdem speciei turcomanico mare; foemina thorace minus crebre punctato a *confusæ* varietate distincta.

Eadem, *pannonica* Friv. Hungaria Frivaldszky = *B. confusa* Mén. ♀ var. latior. Accedit specimen nom. *extensicollis* Mannerh., *reflexicollis* Dej. Cat. Songaria a Mannerheim missum, a *reflexicollis* praecedentibus maribus vix elytrorum punctura parciore discedens. Huic affinis alias mas e Songaria a Fischer ad Karelín, ab hoc ad Mannerheim qui D. Breme dedit, nom. *songorica* Fisch. folliculis inscriptus, vix thorace basin versus leniter rotundato, seu minus quadrato, hoc elytrisque longe subtilius parciusque punctatis, abdominis segmento primo paulisper magis transversim plicato, pedibus

aliquanto validioribus, femoribus posticis minus arcuatis abscedit, varietas potius quam propria species habendus.

Blaps fatidica var.? Germania = *B. similis* Latr., *fatidica* St. Sol. Subjunctum hoc specimen e Madera thorace magis opaco, paulo crebrius punctato, haud angustiore varians.

B. fatidica Ill. Volhynia, Gallia mer., *similis* Latr. Hispania or. = *B. similis* Latr. ♂♀. Specimen Latreillei foemina latior: alterae ex hisce, utpote haud raro in italicis, thorax subtilius, elytra parcus punctata. Associata huc demum foemina ex Hungaria thorace longiore, lateribus parallelo, crebrius pariter ac caput profundiusque punctato ad *confusam* Mén. referenda.

Eadem Hispania, Dalmatia = *B. similis* Latr.; hispanicis thorax interdum magis planatus, paulo crassius utrinque marginatus; dalmatina plerumque latiora.

Ead. var. Dalmatia = *B. similis* Latr. varietates atque aberrationes; ♂ et ♀ structura sculpturaque identici, at elytris plus minusve, foeminis praesertim, brevioribus, quo hae faciem quasi *B. abbreviatae* praesefrerunt; unae ex hisce elytron dexterum totum subtiliter plicatum, undulatim substriatum; alterae thorax basi etiam attenuatus, lateribus rotundatus, elytra adhuc breviora, obsolete costulata, ad suturam impressa.

Eadem Corsica, Minorica, Tangeri, Pyrenaeis atque Gall. mer. occid. = *B. similis* Latr. elytris plus minusve crebre, subseriatim quandoque punctatis: postrema in serie, nom. *opaca* Fald. Persia, distincta species hoc nom. retinenda, facie *simili* accedens, thorace evidenter subtilius punctato, ante basin transversim impresso, elytris subtiliter corrugatis, parce subtiliterque punctatis, nullomodo seriatis: ab infra descripto mare statura majore, praesertim latiore, elytris ad suturam minus impressis, earum mucrone breviore, abdominis segmento primo inter coxas subaequali, haud foveato distincta.

Eadem var. Rossia mer. et Constantinopoli = *B. similis* Latr. ♂♀. Hisce subjunctum spec. nom. *pterotapha* Mén. propria plane species, mas verisimiliter, ab domine haud penicillato, facie quadam pariter *simili* proxima, thorace vero subtilius crebriusque punctato, punctis velut in *opaca*, multo minus profundis, elytris, ut in eadem, subtiliter rugulosis subtiliterque punctatis, antennis vix longioribus, at gracilioribus; prosterni processu postice magis sinuato, fortius apice reflexo acuteque medio tuberculato; abdominis segmento primo maris pone coxas late obsoleteque calloso, elytrorum mucrone paulo longiore, graciluscculo. A *B. opaca* ♂ statura multo validiore, la-

tiore, antennis gracilioribus, ab ejusdem foemina, cui habitu similima praeter antennarum, elytrorum mucronis prosternique processus structuram, thoracis etiam forma differt, lateribus anterius paulo magis rotundato, leviter inaequali, tum corpore magis lateribus parallelo Ménétriesi descriptioni coeteris sat apte conveniens.

Blaps intrusa Fisch. Rossia mer. Ménétries. Duo huc specimina; quorum primum thorace subtransverso, lateribus parallelis, elytris parce subtiliterque punctatis, vix mucronatis ad *intrusam* Fisch. ex descr. referendum, mas, antennis modice elongatis, abdominis segmento primo medio triangulariter late elevatulo, frictione mutico atque opaco, apice medio penicillato: alterum habitu tantisper affine, at reapse distinctum corpore paullulum angustiore, minus convexo, antennis breviusculis, articulo 7 obconico, 8—10 transversim globosis, majoribus; fronte convexiore, medio laevi, obsolete biimpressa; thorace fere ut in *rugosa* constructo, at paulo minus elongato, convexiusculo, subtilius dense punctato, dorso aequali, linea longitudinali integra medio impresso; elytris relative longioribus, longe minus quam in hac crassis, sutura in integrum fere impressa, subtillime rugulosis, sat dense punctatis, mucrone mediocri, recto veluti in *mortisagu* instructis; thoracis pleuris subtiliter strigosis, prosterni processu inter coxas dilatatulo, sat fortiter canaliculato, postice subverticali, apice dilatato, depresso, medio minute tuberculato; abdominis segmento primo inter coxas late, sat profunde foveato, pone foveam tantisper tumido, apice haud penicillato; pedibus mediocribus. Corporis habitu mas videtur neque socii sui foemina, quo angustior longiusque mucronatus aliterque excultus: omnibus affinitatibus perpensis eum ad *opacam* Fald., de qua supra, referre ejusque alterum sexum habendum censeo.

B. obesa Dej. Hungaria Gené = *B. abbreviata* Mèn. ♂♀.

B. pinguis Dej. Graecia Duponchel = *B. gibba* Cast. var. thorace anterius angustiore, elytris magis ampliatis, ♀.

B. brevicilla Dej. Constantinopoli = *B. abbreviata* Mèn. ♀.

B. australis Dej. Etruria Dahl, Italia Sol., Sicilia Latreille, *gibba* Parr. Corfù Parreyss = *B. gibba* Cast., *australis* Sol. nonnulla inter plures, statura majora, elytris parcus, distincte punctatis faciem quamdam tantisper *mucronatae* referentia pro varietate *italica* in coll. designavi; specimina e Corfù ad var. *impressicollis* Sol. referuntur.

Eadem var. *marginella* Zieg. Dalmatia = *B. gibba*, mares corpore convextiore.

B. acuminata Fisch. Bucharia Gebler ♂, *scabriuscula* Mèn.

Rossia mer. ♀ = ♂ *B. parvicollis* Zubk. e minoribus thorace tantisper densius punctato, basin versus paullulum angustiore, elytris minus dense granulosis, interstitiis vix inequalibus, antennarum articulo septimo dilatato: ♀ nom. *scabriuscula* Mén. folliculo designata propria distinctaque species videtur cum descr. Ménétries congruens, *parvicollis* foeminae habitu equidem proxima, at thorace subtiliter lateribus marginato, brevius ad angulos posticos sinuato, subtilius densiusque punctato, elytris magis regulariter seriatim punctatis, punctis majoribus, omnibus uniformibus, minus scabris; pleuris obsoletius strigosis, prosterni processus lobo postico terminali crassiore praesertim abscedit: antennae specimini desunt.

Blaps parvicollis Esch. *Rossia mer.*, Orenbourg, Kirgh. de seruo Zubkoff et Eschscholtz = *B. eadem* ♂ ♀ statura variabilis. Inter plures una singularis prorsus atque anomala femina e statura minoribus, brevior, thorace tantisper latiore, cui caput media fronte tuberculo subito elevato munitum, e quo duo erecta, extrorsum recurva apiceque divergentia cornicula exoriuntur, fronte pone tuberculum cornigerum punctis duobus impressa, coeteris perfecte constituta.

B. elongata Fisch. Bucharia Fischer = *B. elongata* Mén. ♀.

Eadein; *mortisaga* Stev. Tauria Steven = *B. confusa* Mén. var. mas, major, convexior, nitidus, elytris sat crebre punctatis, breviter valideque mucronatis. Alterum spec. *halophita* Zubk. Kirgh. deserto folliculo inscriptum *confusae* Mén. foemina pariter nitidula, thorace subtilius, elytris parcis punctatis.

Additum post seriem spec. Oriente designatum = *B. groeca* Sol. ex abdominis segmento primo inter coxas plicis elevatis tumido, tibiis quatuor anterioribus intus leniter arcuatis corporisque habitu mas videtur, in prima proinde, uti jam Solier, suspicatus est, divisione complectenda; corpore opaco elytrisque parum subtiliter punctatis faciem quamdam *similis* angustioris praesefert, at meo visu, corpore elongato, parallelo, dorso planatulo, *mortisagae* proximior, abdome autem non penicillato metodice pone *confusam* collocanda, a qua thorace latiore, transversim subquadrato, anterius fere quam basi latiore elytrisque longe minus postice declivibus discedit. Epistoma ei recte truncatum, labrum vix emarginatum, caput et thorax creberrime punctata, punctis in hoc longitudinaliter passim confluentibus, margine laterali crassulo, basi utrinque impresso, (impressiones in hoc specimine duo longitudinales, sat distinctae, basin attingentes, parallelae, sat a latere remotae) margine basali late emarginato, angulis posticis acutiusculis; elytra crebre,

sat profunde punctata, interstitiis subrugosis, vix mucronatis, sutura leviter impressa, lateribus a basi sat ultra medium parallelis; antennae validae, articulis 4—7 sat crassis; mentum apice perquam late rotundatum, thoracis pleure crebre, ad acetabula fortiter stri-gulosae, prosterni processus postice ut in *mortisaga* effigiatus, abdomen vermiculato-punctatum, lateribus longitudinaliter strigosum, segmento ultimo lineis duabus angulatim, veluti in littera V aperta, convergentibus sat profunde medio impresso.

Blaps rugosa Gebl. Sibiria Gebler, Sibiria et Dauria Mannerheim, *exarata* Fald., *scabripennis* Fald. Mongolia = *B. rugosa* Gebl. ♂♀. Specimen nom. *exarata*, mas, a reliquis variat corpore profunde opaco, thorace tantisper longiore, crebrius punctato, elytrorum granulis parciорibus, minutis, sat discretis atque distinctis.³⁵⁾

B. granulata Gebl. Tataria Gebler = *B. eadem* ♂: associata huic plura ad *rugosam* spectantia.

B. holosericea Dej. Sibira Henning, *granulata* Humm. Dauria Mannerheim = *B. variolosa* Fischer, *variolaris* Gemm. ♂♀ verisimiliter; mas angustior, mucrone elytrorum longiore, abdomine haud penicillato, segmento primo obsolete longitudinaliter basi elevato.

35) *B. rugosae* affinis unica foemina in Persia bor. a. D. Doria lecta, quam ex auctoris parca notarum designatione ad *luctuosam* Mén. cum dubio retuli: *rugosae* habitu affinis, breviuscula, sat convexa, thorace brevi, elytrorum ratione multo angustiore, basi subquadrato, lateribus ante medium modice rotundato, disco antico convexiusculo, subtiliter marginato, crebre punctato, linea media tenuissima, impunctata, utrinque abbreviata, longitudinaliter impresso, angulis posticis retrorsum haud productis, acutiusculis; elytris forma *rugosae* similibus, at aequaliter, crebre, subtilime rugulosis punctatisque, haud granulatis, ut in illius foemina breviter mucronatis. Caput ei convexiusculum, aequale, subtiliter, parum dense punctatum, epistomate labroque leviter emarginatis; antennae breviusculae, articulis 4—7 longitudine sensim decrescentibus sensimque fere crassioribus, 8—10 globoso-transversis; mentum lateribus obliquis, breviusculis, late apice rotundatum; thoracis pleurae crebre strigosulae, parce granulatae; prosterni processus postice dilatatus lobo medio crassulo, modice elevato atque producto; pedes mediocres femoribus crassiusculis; abdomen nitidum, vermiculatum, sparsim subtiliterque segmentis tribus primis punctatis.

Blaps Dehaani Karelín Persia occid. Karelín. = *B. Dehaani* n. sp.? *oblonga*, *dorso planatu*, *capite crebre*, *thorace profunde fortiterque punctatis*; *elytris transversim rugulosis*, *omnium interstitiis nitidulis*; *thorace subquadrato*, *lateribus postice rectis*, *anterius attenuato*; *elytris oblongo-ovatis*, *sensim postice attenuatis*, *haud mucronatis*; *margine laterali subtili*, *inflexo fortiter punctato*; *antennis longiusculis*, *articulis 4—7 cylindricis*. Long. 4—8 lin.

Mas, saltem uti primum specimen a Dejeanio designatum, paululum longior, elytris apice tantisper longius attenuato-productis, abdominis segmento primo inter coxas late subimpresso, transversim tenuiter obsoletique pliculato, apice haud penicillato, penultimo minus brevi: foemina paulo minus elongata, abdominis segmento primo basi tota transversim crassulo, pone coxas obsolete parceque punctato, penultimo breviore; elytris brevius apice attenuatis.

Habitu *rugosae* minoribus maribus aliquantisper proxima at magis depressa, thorace minus elongato, elytris magis parallelis, longe minus transversim convexis, postice parum admodum gibbosis, thorace praesertim punctura profunda cibrato ab ea et affinibus distincta. Caput sat fortiter subaequaliterque rude punctatum, epistomatis sutura areuata, medio sinuosa, auriculis super antennas sat dilatatis, epistomate utrinque apiceque evidenter emarginato, angulis ejus acutis; labro relative parvo, punctulato, apice vix emarginato; fronte transversim haud impressa; mento apice rotundato; antennae in mare paulo magis quam in foemina longae, thoracis angulos posticos attingentes, articulis 4—7 subcylindricis, vix sensim crassioribus, longitudine parum decrescentibus, 8—10 globosis, in mare haud, in foemina vix transversis. Thorax latitudine maxima in mare vix, in foemina paullulum brevior, lateribus a basi ultra medium fere usque parallelis, anterius rotundatim attenuatus, basi late emarginatus, angulis posticis ut in illa leniter productis, magis apice rotundatis, margine hos circa et utrinque crassulo, reflexo, dorso fere planus, leniter antrorsum declivis, mediocriter crebre, grosse profundeque inaequaliter punctatus, interstitiis nitidis, longitudinaliter medio impressus. Scutellum parvum. Elytra basi thorace vix latiora, ab humeris sensim medium usque fere paullulum ampliata, abinde apicem versus sensim attenuata, dorso plana, in mare basin prope juxta suturam depressa, modice utrinque convexa, sensim apicem versus declivia, margine laterali arguto, basin prope leviter reflexo, fossulis rotundatis, opacis, saepius transversim confluentibus irregulariter impressa, interstitiis nitidulis, inaequalibus corrugata; margo eorum inflexus a basi sensim apicem versus angustior, nitidus.

dulus, regulariter fere punctis parum profundis, majoribus sparsim impressus. Thoracis pleurae dense longitudinaliter strigulosae, granulis sat conspersae; prosternum rugosulum, processu ejus nitidulo, inter coxas parum dilatato, postice leniter sinuato, crassulo atque elevatulo, lobo medio apice lato, retrorsum producto, ejusdem alis utrinque parvis, depresso; pectoris latera sat dense granulata; abdominis segmenta tria prima longitudinaliter utrinque striolata, medio parce, distinete punctulata, ultimum crebre punctatum: pedes mediocres, femoribus modice incrassatis, anticus intus pone medium leniter dilatatulis, tibiis spinulosis.

(*Blaps caudata* Gebl. Kirghis. deserto, *granulosa* Mén. *Songaria* Mannerheim = *B. caudata* Gebl., illa mas, isthaec foemina specimini altero patria incerta hisce subjuneto conformis: corpore brevi latoque *abbreviatae* similis, thorace quadrato, creberime profunde punctato, elytris confertim granosis, granulis depresso, nitidis, interstitiis punetatis, maris penicillati mucerone modice elongato, tenui, acuminato, foeminae brevi, obtuso; antennis pedibusque in utroque sexu modice validis: variat foemina, patria ignota, elytris minus distinete granulatis, paulo latior.)

B. turcomanica Karl. Turcomannia Karelín, *titanus* Manh. Ménétries = *B. pruinosa* Fald. ♂♀ elytris minus distinete seriato-punctatis. Accedit spec. majus et multo longior, absque patriae indicatione, folliculo *turcomanica* Dej. designatum = *B. teniolata* Mén. ♀.

Eadem var., *longipes* Zubk., *ovipennis* Mann. Turcomannia Mannerheim = *B. pruinosa* Fald. ♀ major, elytris paullulum crassioribus, suturam secus impressis, striolis profundiusculis, interstitiis dorso subconvexis.

B. decurtata Dej. Oran S. Furgeau. = *B. nitens* Cast., *stygia* Er. ♂; hisce additum specimen ♀ e Mazagran nom. *stygia* Er. Species etiam in tunetana provincia a Prof. Lessona inventa.

B. cylindrica Herbst ♂, Podolia austr. Godet, *convexa* Fisch., *pastica* Fisch. ♀ Godet = *Prosodes obtusa* Fabr. ♂♀. Etiam e Rossia mer. Mannerheim nom. *attenuata* Fisch. ♂, *reflexicollis* et *convexa* Fisch. ♀ a D. Ménétries, omnes *obtusae* alterutro sexui spectantes.³⁶⁾)

³⁶⁾ *Prosodes laevigata* n. sp.? *subcylindria*, *laevis*. *capite* *parce*, *thorace* *disco* *vix*, *lateribus* *sensim* *densius*, *subtiliter* *punctatis*, *hoc* *anterius* *parum* *rotundato*, *lateribus* *alte* *marginato*; *elytris* *laevigatis*, *vix* *punctatis*; *antennis* *brevibus*, *crassiusculis*. Long. 9. lin.

Blaps angustata Dej. Persia Olivier = *Dila angustata* n. sp.? *elongata*, *cylindrica*, *nitida*, *parce subtiliter punctulata*, *thorace longo*, *lateribus parum rotundato*, *angulis posticis rectis*, *elytris postice parum declivibus*, *attenuatis*. Long. 10. lin.

Mas femoribus intus denticutatis, tibiis anticis, tenuibus, arcuatis, intus inaequaliter dentatis, ventre profunde lateque impresso.

D. laevicollis, cuius unicum ind. studio praesto est, multo minor, nitidior, thoracis praesertim structura elytrisque postice fere acuminato attenuatis, parum declivibus discedens.


Pr. obtusae statura convexior, magisque cylindrica, thorace longe minus, vix anterius ampliato. Caput subtiliter, parum dense, at profundius distinctiusque quam in *laevicollis* punctatum, antennis pro statura minus gracilibus, articulo septimo praecedente fere longiore, haud crassiore, 8—10 globosis, tantisper quam in illa brevi-

Mas tibiis anticis pone medium usque sensim incrassatis, extus arcuatis, muticis, intus ad apicem fortiter emarginatis, tarsis omnibus modice compressis, abdominis segmento primo inter coxas transverse trisulcato. *P. obtusae* F. structura affinis, angustior, convexior et fere cylindrica, laevigata; caput anterius magis quam in ea angustatum, oculis valde prominulis, hisce ut in affinibus lobo capitis laterali postice pro parte obiectis, pone eos magis constrictum; epistomate lineola profundiore, utrinque obsoleta, a fronte distineto; sparsim subtiliter, vertice obsolete punctatum: antennae quam in ea evidenter breviores, relative crassiusculae articulis 2-7 sensim crassioribus, sexto latitudine vix, septimo obconico eadem haud longioribus, 8—10 globosis, subtransversis. Thorax sat convexus, vix basi angustior, lateribus leniter ante medium rotundatis, apice convexus, margine laterali sat elevato, apicem versus sensim evanescente, dorso laevigatus, capite subtilius, medio perparce, latera versus sensim densius punctatus, postice utrinque transversim subimpressus. Elytra subcylindrica, lateribus vix rotundata, apice leniter attenuata, mutica, dorso transversim valde convexa, sutura elevatula, laevigata, impressionibus sub punctiformibus obsoletisque hinc inde consparsa. Pedes sat validi, breviores quam in *obtusa*, tibiis anticis in unico mare non modo intus, utidictum, sat, sed etiam extus leviter emarginatis; tarsis omnibus modice elongatis, parum compressis. Prosterni processus postice compresso-elevatulus, ante apicem subdentatus: abdominis segmenta prima obsoleta punctulata. E Schakuh, Persia occid? a D. Dohrn nom. *obtusa* missa.

oribus. Thorax subcylindricus, apicem versus parum attenuatus lateribus parum, angulis anticis late rotundatis, basi subrecte truncatus, angulis posticis rectis, apice subrotundatis, hos circa lateribus que subtiliter marginatus, sat convexus, subtiliter parce punctatus. Scutellum subtille rugosum, haud villosum. Elytra basi thoracis latitudine, lateribus vix ampliata, subparallela, apicem prope elongatim attenuata, apice mutica, dorso longitudinaliter planiuscula, postice parum declivia, subtille parceque punctulata. Corpus infra nitidum, pectore obsolete striolato, prosterni processu postice sinuato, apice incrassato, trilobo: mesosternum basi epipleurisque crebre granuloso punctatis, metasternum utrinque parce minus subtiliter, abdomen vermiculatum subtiliter parceque punctatis; hoc fovea magna media (maris propria) segmenta tria occupante sat impresso, primo insuper transverse striolato. Pedes mediocres, femorum carinulis interioribus remote denticulatis, anticum anteriore ante apicem valide dentata, apice fortiter emarginata; tibiis posticis parum, mediis fortiter, anticis gracilioribus sat arcuatis, hisce intus inaequaliter obtuse dentatis; tarsis validis, leniter compressis.

Accedunt hue duo specimina folliculo *laticollis* Kol. nom. inscripta e Persia, mas et foemina, quae praecedentis pro varietate maximo cum dubio snbjunxi; habitu quodam et corporis nitore atque punctura affinia, mas pedum structura foveaque abdominis identicus, at ambobus thorax anterius sat dilatato-rotundatus, fere veluti in *laevicollis*, statura illa majores, dimidio quam in hac minores, mas tantisper, foemina multo crassior et minus elongata, femoribus anticis in ea quoque dente intus munitis, tibiis vero simplicibus, leniter arcuatis, elytris postice brevius attenuatis magisque declivibus: antennae foeminae breviores, articulis 4—7 sensim crassioribus et parum longioribus, magis conicis, 8—10 globoso-transversis. Prosterni processus lobo apicali postico medio magis in utroque sexu producto; abdomen in foemina aequale, vix, segmento ultimo excepto, punctatum.

Dilae laevicollis Gebl. specimen e Kirgh. deserto longe majus, subcylindricum, subnitidum, subtille parce punctulatum, persicae foeminae forma potius utrinque sat obtusata accedere habituque videtur, ei licet elytra lateribus longiore medio spatio parallela, apicem versus brevius attenuata magisque declivia: antennis pedibusque sat elongatis gracilibusque, corpore relative angusto, abdominis segmento primo transversim sulcato forte spec. hoc mas: prosterno postice sinuato, apice depresso, parum admodum lobato-producto. Corpus infra fere opacum pedesque obsoletius punctata.



Nictipates carinata Dej. *Rossia* mer. or. Zubkoff, *angulata* Zubk. *Turcomannia* Ménétries et *N. coriacea* Dej. ibid. Zubkoff, *asperata* Zubk. *mamillata* Fald. = *Prosodes angustata* Zubk. ♂♀, tibiis in utroque sexu extus remote denticulatis.³⁷⁾

³⁷⁾ *P. cribrella* n. sp. *Elongata, parum nitida capite parum subtiliter, thorace lateribus valde rotundato fortititer punctatis, hoc plaga discoidali laevi; elytris elongatis, fere opacis suturam secus lateribusque subseriatim impressis parceque granulatis; infra nitida, abdome parce punctato, tibiis dorso planatis.* Long. 10. lin.

Habitu *obtusae* affinis, at tibiarum structura proprius *angustatae* accedens, a quibus thorace lateribus valde rotundato, crebre fortiterque utrinque punctato, disco medio laevigato prima facie distinguitur. Caput supra planum, sutura frontali ab epistomatis apice magis discreta, medio recta profundaque, ad angulum utrinque flexa, subtiliore, una cum labro sat fortiter parceque punctatum; oculis modice prominulis; antennis validis, articulo sexto latitudine parum longiore, septimo magno obconico, extus apice producto, 8—10 sensim paulo minoribus, globosis. Thorax lateribus sat fortiter rotundatis, apice rotundatim attenuatus atque declivis, basin versus angustior videtur, etsi ibidem quam apice summo latior, basi emarginatus, angulis posticis fere acutis, ad hos crasse marginatus, fortiter grosse punctatas, interstitiis disco plagaque irregulari lata media laevissimis, punctis eam circa et apice parum crebris, latera versus sensim crebrioribus, margines secus confusis, ibi opacus atque impressus, impressione basin prope utrinque foveiformi. Scutellum parum conspicuum. Elytra basi thoracis baseos haud latiora, sensim leniter ampliata, parum forma ab *obtusa* mare discedentia, postice paulo minus attenuata, fere opaca, sutura postice elevata, seriebus duobus vel tribus confusis suturam secus aliisque juxta marginem lateralem e punctis magnis, oblitteratis remotisque, granulis quibusdam perseries longitudinales ad eos atque parcus disco medio obsitis. Mentum relative majus quam in affinibus, apice crassum; thoracis pleurae obsolete striolatae; prosterni processus postice leniter compressus, subrectus, ante apicem obtuse angulatus; meso- et metasterni latera fortius quam in citatis speciebus punctata; abdōmen nitidissimum, parce, segmento ultimo paullulum crebrius punctatis. Pedes sat elongati, tibiis extus muticis, antieis vix apice utrinque emarginatis, posterioribus extus planatis, intermediis tantum subtiliter spinulosis, tarsis elongatis, compressis, nitidis.

Nomine *Pr. angustata* ♀ e Schakuh a D. Dohrn. Genuensi

(*Prosodes rugulosa* Gebl. ♂ *Songaria Mannerheim*, sibi a *Karelin* ex *Fischer* nom. *Dila foveata* missa: thorace creberrime, subtiliter distinque punctato, punctis ad angulos posticos tantisper confusis, caeteris cum *Fischeri* descriptione (Speil. p. 116) conveniens.)

(*Pr. Karelini* Gebl. *Songaria Mannerheim*, *Dilae Bäerii* Fisch. descriptioni consona, spec. magnum, latiusculum, foemina verisimiliter; tibiis anticis extus ante apicem obsolete bidentatis.)

(*Pr. phylacoides* Fisch. (*Dila*) ♂ *Songaria Mannerheim*: mas designatur, corpore breviter ovato, valde convexa, elytris lateribus mediocriter rotundatis, tibiis anticis extus ante apicem leniter emarginatis, obsolete, posticis fortius denticulatis; abdominis segmento primo basi subtiliter granuloso, nitido, inter coxas transversim canaliculato.)

Tribus XVIII. *Asidites*.

Asida planata Dej. Minorica Galle = *As. depressa* Sol. ♂. Solieri typicum accedit spec. mas hoc nom., identicum.

As. elevata Dej. Ins. Baleares Galle, *brevicosta* Sol. Oran. = *As. depressa* Sol. ♀.

As. laevigata Dej. Hispania Madrid Goudot. = *As. Goudoti* Sol. ♂♀ et *As. hispanica* Sol. ♂.

Eadem var. Hispania = *As. Goudoti* Sol. ♂ et var. ♀ thorace paulo magis, postice praesertim depresso, subtilius crebriusque adhuc punctato, elytris confertissime subtiliter que granulosis.³⁸⁾

Eadem Hispania orient. Dufour = *As. laevis* Sol. mares oblongiusculi, thorace in uno valde dilatato, lateribus fortius rotundato, basin versus angustato, angulis posticis vix prominulis, subrectis, basi fere recte truncata, vix utrinque sinuata.

Eadem Hispania, Cartagena = *As. laevis* Sol. ♂♀.

Eadem var. *elongata* Dej. Hispania = *As. elongata* Sol. ♂. Additum specimen nom. *laevis* Sol., *laevigata* Dej. Hispania Ghiliani = *As. elongata* Sol. ♀ quae etsi corpore breviore et paullulum

Musaeo cum *laevigata* missa; ejusdem porro ob tibiarum praecipue structuram alterum sexum non censeo, propriamque specimen et marem autumo.

³⁸⁾ *As. Goudoti* Sol. var. A. typicum specimen in vetere Taur. Musaei coll. foemina statura maxima.

crassiore, thoracis attamen formae et puncturae ratione ad hanc referre censui; antennae ei paulo minus elongatae, articulis penultimis brevioribus; elytra itidem margine carinata dorsoque granulata, costulis paullulum magis indicatis.

Eadem var. Hispania or. Dufour = *As. laevis* Sol. foemina statura valida, thorace basin versus plus minusve latiore, lateribus rectis vel subrectis, crebrius quam in mare punctato; elytris crassulis, minus nitidis, subtillime tantisper minus parce punctatis. Hae una cum supra memoratis maribus a Dufour lectae atque missae videntur, a quibus thoracis punctura atque structura sat aliena, consonus nihilominus omnibus corporis totius habitus.

Eadem Hispania = *As. Goudoti* Sol. ♀ et *As. elongata* Sol. ♂ var. thorace lateribus basin versus tantisper rotundato, elytris apicem versus minus attenuatis.

Eadem var. Hispania = *As. Goudoti* Sol. spec. male explicatum, elytris crispatis; *As. elongata* Sol. ♀ elytris leniter costulatis, corrugatis crebriusque granulosis.

Eadem, *orbiculata* Duf. Hispania or. Dufour = *As. granifera* Sol. ♂ et ♀ verisimiliter, parva, globosa; thorace in mare (?) anterius magis angustato, creberrime punctis rotundatis cribratulo, elytris sat globulosis, in utroque, obsolete costulatis, granulis nitidis sat dense asperulis; nomen a Dufourio impositum optime hisce convenit.

Asida montana Ramb. Hispania mer. Granata Rambur = *As. montana* Ramb., *parallela*?? Sol. Solieri et Allardi *parallelae* descriptionibus parum congruens, distincta forte species: foemina crassiuscula, statura *laevis* majoribus foeminis aequalis, elytris postice tantisper magis dilatatis, superne parum nitida; antennis breviusculis, validis, articulis 7—8 crassitie vix longioribus, nono valde obconico, crassitie breviore, decimo transverso, multo breviore: caput fortiter, parum dense punctatum, epistomate multo magis quam in affinibus retracto, utrinque vix angulato, apice subrotundato, medio anguste emarginato: thorax amplius, lateribus modice rotundatis, postice subrectis, fere ut in *laevi* constructis, latius utrinque limbatus, limbo explanatulo, vix reflexo, grosse crebreque granuloso-asperato, disco sat fortiter, mediocriter dense, valde inaequaliter punctato, punctis tantisper oblongis: elytra dorso antico minus quam in *laevi* convexa, minus utrinque declivia, carinula marginali basi latiore, thoracis basin utrinque excedente, reflexa, postice tenuissima; dorso inaequalia, sat dense, ad latera confuse crebreque, sat profunde punctata, punctis haud minoribus quam in

laevis thorace, granulis ad latera posticeque commixtis, obsoletissime breviterque singulo dorso bicostato, ante apicem utrinque subsinuata: corpus inferne nitidum, prosterno abdomineque multo crebrius quam in *laevi* punctatis, elytrorum margine inflexo paulo fortius granulos; pedes ut in illa, tibiis anticis tantisper validiusculis. Ab *As. punctipenni* statura majore, corpore crassiore, caeterisque longe discedit.

Accedunt hic spec., Cadix Bedeau, in coll. inscriptum, nec non quaedam a D. Ghiliani ex Hispania, Medina Sidonia, relata, quae ad *As. gracilem* All. forte referenda; e pluribus inspectis summopere variabilis, statura atque sculptura, hae omnibus notae communes: corpus elongatum, lateribus plus minusve parallelum, modice convexum, thoracis limbo plus minusve late explanato, elytris opacis, saepius intense caliginosis, laevibus, granulis minutis, discretis, nitidis conspersis: antennae modice elongatae; caput sat fortiter crebre distineteque punctatum, punctis vertice minoribus, inter antenas biimpressum; thorax forma a *Goudoti* parum abscedit, minus, saepius multo minus dense punctatus, punctis parum vel vix oblongis, sat profunde impressis, interstitiis planis, plagulis in quibusdam latiusculis laevibus; limbo laterali maribus plerumque granulato, foeminis quasi grosse punctato, carina marginali illis crassiore laevique; elytra omnibus apicem versus parum fortiter, lateribus antice aliquantulum solummodo decliva, quo marginalis carina, ad humeros sat reflexa et dilatata, elytris vix inferior; maribus plerisque eadem prorsus laevia, granulis nullis, vel paucis admodum, obsoletis, foeminis granuli sat conspicui, minuti, rotundati, elevatuli, nitidi, subaequaliter sparsi. dorso attamen in una obsoleti, medio fere punctiformes, costulis duabus in hac obsoletissime indicatis; corpus huic foeminae latius et depressius, thorax basi subattenuatus, elytra lateribus magis rotundata; eadem omnibus apice sat attenuata, postice pube tenuissima, perparca, saepius caduca ornata; margine inflexo pectorisque lateribus parcus in mare quam in foemina granulatis, prosterno plerumque parce, distincte subtiliter punctato; abdomen et pedes nitida, hisce atque illius segmentis primis parcus etiam in mare quam in foeminis punctatis. Ex allatis ab Allardii *gracilis* descriptione sat, fortasse, distinctum specimen, proprio nomine *atrata* dicerem.*)

*) Ein mit *atrata* Baudi vergleichenes Ex. meiner Sammlung von Cadix, welches den kleineren Stücken derselben an Grösse gleich ist, wurde mir von Baudi als *ventricosa* Sol. bestimmt.

G. Kraatz.

Asida variolosa Dej. Lusitania, Alcoentre = *As. costulata* Sol. ♀ et *As. subcostata* Sol. ♀.

As. sicula Dej. Sicila Famin = *As. sicula* Sol. ♂♀. Ultimo in serie specimini haec folliculo synomimia inscripta: *As. sordida* Escher, *silphoides* Karelín, *sicula* Dej. ab Escher Mannerheim.

As. rugosula Ramb. Hispania mer. Malaga Rambur = *As. asperata* Sol. ♂. Accedunt specimina ex Andalusia a D. Ghiliani relata, quae et ad *asperatam* Sol. ♂♀ referuntur. Ultimum in serie exempl., Algiria = *As. cariosicollis* Sol. ♀.

As. sulcata Dej. Hispania Rollin = *As. porcata* Fabr. ♂♀ mas inter has variat major, convexior, thorace transversim arcuato, elytris fortius costulatis.

(*As. laevigata* Dej. var. *elongata* Dej.; et *As. porcata* Fabr. Sol., *sulcata?* Dej. var. Andalusia Ghiliani = *As. sulcata* All. mares primae, foeminae alterae: marem tantum novisse pariensis auctor ex descr. videtur; foemina tantisper convexior, parum vel vix latior, elytris apicem versus magis declivibus, parcus pubescens, elytrorum costulis interdum magis quam in mare elevatulis, in quibusdam, uti quandoque et in illo, obsoletissimis, vel obsolete punctulatis distincta meo visu species.)

As. costata Dej. Corsica Rambur = *As. subcostata* Sol. ♀ algiricis speciminibus congruae, elytrorum costulis paulo minus depressis, minus latis, in earundem altera immatura, ferruginea, elytrorum interstitia alutacea, aequalia, parce granulis minutissimis consparsa.

As. castanea Buq., Barbaria Buquet, *puncticollis* Sol. Algiria = *As. puncticollis* Sol. mares, elytrorum costulis, prima excepta, plus minusve oblitteratis; thoracis punctura, in uno, disco tantisper minus densa, plagis praesertim quatuor irregularibus laevibus: corpus eis prorsus nigrum.

(Nom. *castanea* Buq. alia in Mus. Taur. collectione specimina ex Oran donata ad *As. ruficornis* Sol. mares referenda.)

As. quadricostata Buq. Algeria Buquet, Oran S. Fargeau = *As. Chauveneti* Sol. ♂♀: variat interdum mas corpore latiore, lateribus magis parallelo, fronte carinula brevi pone epistomatis suturam medio elevata, thorace lateribus magis explanato, basi media recte truncato, dorso paulo minus dense, fortius punctato, marginibus fortius granulosis.

Eadem, *Chauveneti* Sol. Barbaria Sol. = *As. Chauveneti* Sol. ♀ una ex hisce variat thorace anterius paulo minus attenuato, elytrorum costis minus crassis, secunda apice citius quam prima

evanescente, interstitiis opacis, aequalibus, aequo subtiliter granosis, primo costulae obsoletae rudimentum exhibente.

(*Asida Luxerii* Buq. *Barbaria* = *As. dissimilis* All. ♀ elytrorum costulis, ut plurimum, minus flexuosis, interstitiis granulis interdum hinc inde coadunatis, minutis, evidentioribus, parcus quasi per plagulas, brevius fulvo-villosis a *silphoides* foemina dignoscitur: ejusdem accedit spec. nom. *silphoides*? Ol. var. ♀ Constantina, terrulenta, thoracis dorso opaco, obsoletissime sparsim punctulato villositate longiore depressa obtecto.)

As. lineata Dej. *Barbaria*, Tangeri Gondot = *As. barbara* All. ♀ verisimiliter; thorace crebrius inaequaliterque punctato, utrinque late limbato, limbo planiusculo, confertim fortiterque granoso-asperato, angulis posticis sat fere extrorsum, prominulis; elytris modice ampliatis, oblongis, dorso antico depresso, postice sat gibbosis declivibusque, apice suturali sat late rotundatis, costulis depresso, vix nitidis, interstitiis confuse, parum dense punctatis, subtillime granulosis corrugatisque; abdominis segmentis duobus primis sat crebre asperato-punctatis; tibiis confertim spinuloso asperatis: prosterno crebre punctato, ejus processu lato, haud marginato; thoracis pleuris superne nitidis, ad acetabula sat grosse granulatis, meso- et metasterni epimeris parce punctatis.

Immaturum accedit specimen ad *Servillei* foeminam referendum, corpore attamen relative longiusculo, thoracis angulis posticis magis extrorsum productis acutisque, elytrorum interstitiis latis, granulis evidentioribus pluriseriatis varians.

(*As. laevicollis* Algerium et Oran = *As. Servillei* Sol. mares maximi, sat convexi, oblongi, elytrorum interstitiis inaequaliter granulosis.)

(*As. laevicollis* Dej. Hispania Dufour = *As. laevicollis*? All. Ab omnibus a Dejeanio in coll. sua hoc nomine compositis pulcherrima elytrorum, praeter caetera, sculptura discedens, quibus interstitia granulis mediocribus, nitidissimis, unica in singulo serie moniliata: thorax ei fere ut in *As. Rolphi* extractus, at longitudine fere brevior, non vero longior, uti pro *laevicollis* suo Allard illum refert, elytrorum basi haud angustior, hisce autem pone basin cito sat ampliatis eoque latioribus, basin versus haud attenuatus, transversim basi sat convexus, intra marginem basalem utrinque transverse sat impressus: caetera cum *laevicollis* descr. convenire videntur. Nitidum atque valide exsculptum specimen, verimiliter mas, illaesus atque non omnino maturus, brunneus, capite, pectore, antennis pedibusque fulvo-villosis. Ab *As. serpiginosa* Er. All. qua-

cum etiam confert, corpore crassiusculo, ovali, elytris paulo pone basin sat fortiter lateribus rotundatis, ab ejusdem mare elytrorum costulis duabus primis fere a basi, tertia parum ab ea longe exorientibus, duabus primis ad declivitatem postice conniventibus, inde apicem usque prope in unicam productis, tertia hanc paulo post secundae junctionem attingente differt. Propriam forte speciem praestantissimo *Dufourii* nomine in coll. inscripsi.*)

(*Asida Buqueti* Breme Algiria = *As. lapidaria* Luc. ♂ var. elytris costula supplementari in interstitio primo sat conspicua, sub-integra, parum longe a basi exidente, postice ad declivitatem abbreviata: frons ei carina elevata, longiuscula instructa, epistomatis sutura haud conspicua, lineolis duabus ab hujusce lateribus oblique carinulam utrinque secus ascendentibus impressa. Eodem nomine designatum, patria incerta, aliud accedit specimen pluribus ab illo plane distinctum: corpus ei valde depresso, parallelum, aterrimum, opacum, antennis valde elongatis, gracilibus, villosis; caput parum crebre punctis majoribus, distinctis, in epistomate paucis admodum impressum, sutura frontali subtili, recta, modice profunda: thorax transversim subquadratus, anterius rotundatim, modice attenuatus, disco fere planus, confertim, inaequaliter, parum subtiliter, profunde punctatus, linea longitudinali media impunctata, utrinque late limbatus, limbo canali sat impresso a disco distinto, sat reflexo, margine tenui, creberrime granuloso-asperato; basi utrinque sat profunde sinuatus, lobo medio angustiore, vix rotundato, angulis posticis latis, super elytra sat productis: elytra basi rectangularia, thorace latiora, lateribus leniter tantum rotundata, margine lateralii valde reflexo, ad angulos posticos thoracis applicato, abinde apicem versus arguto, deplanatulo; dorso transversim atque longitudinaliter depresso, brevius modiceque apice declivia, costulis ut in *lapidaria* dispositis, subtilibus, supplementari suturam secus interrupta atque abbreviata; interstitiis omnibus aequaliter crebre subtiliterque granulosis; sutura anterius modice, apicem versus sat elevata; margines inflexi haud nitidi, sat crebre granulosi: corpus infra, abdomine excepto, fere opacum; thoracis pleurae superne parce, ad acetabula postice fortius granulosae, medio undulatim striolatae; prosternum utrinque parce, medio sat crebre distincteque punctatum,

*) Ich halte die hier beschriebenen Käfer, nach Ansicht des freundlichst mitgetheilten Original-Ex., für ein Weibchen der *As. Servillei*, mit starken Tuberkeln zwischen den Rippen der Flügeldecken, welches wahrscheinlich nicht aus Spanien stammt.

G. Kraatz.

lobo ejus inter coxas sat lato, apice acutiusculo leniterque reflexo; mesosterni epimera sparsim, metasterni crebrius punctato-asperata, abdomen basi late impressum, segmentis duobus primis medio sat dense, tertio quartoque parcus punctatis: pedes nitiduli, femoribus parum crebre punctatis, tibiis anticis parum posterioribus mediocriter dense villosis atque punctura asperulis. Primum, si specimen recte ad *lapidariam* tribui, hoc plane distinctum nom. *Buqueti* inscribendum.)

Asida rugosa Fabr. Barbaria, Tanger Westermann = *As. rugosa* Fabr. ♀, *Fabricii* All. (ex Har. Cat.)

Eadem, *canaliculata* Latr. = *As. silphoides* Lin. ♀ elytrorum interstitia in hoc sexu omnibus fere, quae vidi, plus minusve dense sordide flavo-pubescentia, costulis plus minusve flexuosis, postice interdum ramulosis, interstitiis confuse granulatis vel pliculis transversis postice corrugatis.

Eadem Tangeri Goudot = *As. Servillei* Sol. ♀? var. major, corpore brevius ovali, minus quam solito convexo, elytrorum costulis minus elevatis, latis, nitidis, itidem vero plane dispositis, interstitiis granulis minoribus subaequaliter consparsis: *subcostatae* mari tantisper proxima, at latior, thorace longe parcus punctato distinguenda.

As. Solieri Ramb. Hispania mer. Granata Rambur = *As. Clementei* Perez ♀.

As. Ramburii Sol. Hispania mer. Malaga Rambur = *As. holosericea* Germ. ♂♀; sat copiose etiam a D. Ghiliani ex Andalucia relata.

As. limbata Dej. Barbaria, Tanger Goudot, Hispania mer. Rambur = *As. luctuosa* Ramb. ♀.

As. tuberculata Dej. Oran S. Fargeau = *As. serpiginosa* Er. ♀ statura maxima. Minora tria accedunt specimina ex Algiria, e quibus duo ♀ nom. *Gerardi* Buq., ♂ nom. *gangrenata* Breme quae ad *clypeatae* All., *dermatodis* Fairm. descriptiones statura, thoracis elytrorumque structura et sculptura convenient; dubium autem mihi anne eadem species nonnisi quam *serpiginosae* Er. varietas minus explicata fortasse habenda, thoracis praecipue structurae ratione conferta.³⁹⁾)

³⁹⁾ Unicam foeminam e Tuneta a D. Truqui relatam dubiose ad *As. Lethierrii* All. retuli; crassa, atra, epistomatis structura uti et capitis thoracisque forma et punctura congruens; at thoracis angulis posticis leniter productis, fere acutis, margine postico vix

Asides silphoides Oliv. Oran Doué = *As. silphoides* Lin.
♂♀: inter mares commixtum *opatroidis* All. specimen.

As. laevicollis Dej. Oran S. Fargeau = *As. Servillei* Sol.
♂♀ et var. A Sol.; mares quidam variant statura validiuscula,
elytrorum costulis in uno valde crassioribus, interstitiis angustis,
tuberculorum unica serie: alteri statura majori, latiusculo costulae
elytrorum ut in *opatreoide* crassulae, interstitiis haud granosis,
granulis obsoletis solummodo quibusdam ad apicem; thoracis porro
structura speciei hujus propria. Commixta hisce foemina, nom.
nitida? Chevr. folliculo inscripta, cui elytrorum interstitia granis
sensim extus posticeque versus majoribus, quo tuberculorum habitum
fere sumunt, sat dense consparsa; costulis duabus primis a basi
exorientibus, laevibus ad *tuberculiferam* All. hand referenda.

Eadem, *Servillei* Sol. *Barbaria* Sol. = *As. Servillei* Sol. ♀
et var. ♀ paulo adhuc major, thorace tantisper crebrius punctato,
elytrorum interstitiis subaequaliter granosis, tribus externis costula
supplementari instructis. Accedit spec. minus = *As. subcostata*
Sol. ♀ var. minor, elytrorum costulis pone medium ramulosis.

(*As. punctipennis* Perez. Andalusia Ghiliani: variat interdum
mas thorace anterius paullulum magis attenuato, crebrius punctato.)

(*As. Algeri* Buquet = *As. opaca* All. ♂, descriptioni meo
judicio sat apte conferens, variat attamen, unicum spec., thoracis
disco non modo ante scutellum longitudinaliter, sed etiam plagula
utrinque disco medio laevibus, elytrorum interstitio suturali costula
minuta elevatula aucto. Species nom. *Allardi* inscribenda, quoties
opaca Say ad hoc genus reapse spectare firmatum.)

As. orientalis Dej. Colchide Latreille = *As. subcostata* Sol.
mas rufo-ferrugineus, immaturus, corpore paulo magis quam in
algiricus elongato dorsoque planato, postice minus declivi; elytrorum
interstitiis opacis, fere alutaceis, ut in *costatae* Dej. ♀ de qua
supra.⁴⁰⁾)

reflexo, dorso medio plagula basali longiuscula laevi; elytris vix
costulatis, costula secunda crassiuscula, medio leniter elevata, duo
bus tuberculorum seriebus comitata, caeterum tuberculis parum
crebris, subregulariter hinc inde dispositis, validiusculis, nitidis,
fundo granulis minutis quibusdam intermixtis abscedere atque va-
riare videtur: corpus ei brevius crassiusque quam in *silphoides* et
dissimilis foeminis.

⁴⁰⁾ Ad secundam hanc generis divisionem ab Allardio relata
As. syriaca in insula Melita olim a Traqui reperta, nuper ibidem

Asida cristata Dej. Corsica Rambur = *As. sabulosa* Göetze
(sec. cat. Har.), *rugosa* Fourcr. All., *grisea* Ol. Sol. var. *minima*,
mas, angustior.

(*As. Genei?* Sol. Sicilia = *As. Goryi* Sol. ♂.)

As. hesperica Dej. Hispania mer. Cadice = *As. ead.* Sol.
In Hispania passim a D. Ghiliani etiam collecta, mares, ni fallor,
plerumque thorace latiore insigne, elytris apicem versus magis
attenuatis, hisce costulis duabus rectis, tertia breviore secundae vi-
ciniore, granulis oblongis, seu costulis minoribus interruptis, duas
primas et suturam inter conspicuis: foemina magis parallela, elytris
apice tantisper crassiusculis, costulis solummodo in singulo duabus,
cum sutura et inter se aequidistantibus, plerumque obscurior.

As. angustata Dej., *corsica* Lap, Corsica Sol. = *As. corsica* Lap.
♂♀ specimina illaesa, mas fasciculorum lineis completis,
costulis tertia quartaque postice sat elevatis; foemina dorso inter
costulas densius vulpino-villosa.

Eadem patria ignota Latreille, et Corsica Rambur = *As. corsica* Lap.
♂♀, mas indumento terroso dense obtectus.

As. tomentosa Dej. patria incerta Galle = *As. corsica* Lap. ♀.
Huc accedunt duo, *As. Genei* Sol. Sardinia inscripta = *As. corsica* Lap. ♂♀.

As. perplexa Dej. Corsica Rambur = *As. corsica* Lap. ♀
spec. detritum. Specimen accedit e Sardinia Ghiliani = *As. Genei*
Sol. ♂. Species haecce haud raro in collectionibus cum *corsica*
confusa, utriusque foeminis facie similibus at thorace postice latiore,
basi minus profunde sinuato, elytris basin versus haud attenuatis,
magis ad latera parallelis, humeris recte fere truncatis, haud ante-
rius productis praesertim distincta: variat rarius mas minor, elytro-
rum costula tertia minus crassa minusque undulata, paullulum quam

lecta, a Prof. Issel Genuensi musaeo missa, nom. *Leachii* a Solier
jamdiu in litt. mas donatus, foemina nom. *lineola* Buq. designata:
siculae equidem valde affinis, corpore superne brevissime fulvo-
pubescente, thorace suboblongo, elytris crebrius punctatis: mas
minor, foemina major et paulo crassior, corpore in utroque sexu
angustiore.

As. sicula Sol. variat interdum thorace crebrius oblongo-punc-
tato, linea longitudinali media laevi, hoc elytrisque per parce bre-
vissimeque pubescentibus; caeteris vero notis a *syriaca* plane di-
stincta.

in normalibus elevatiore. Thorax structura tantisper quoque variabilis, minoribus, praesertim maribus, magis angustis, basi latior, lateribus obsolete ad angulos posticos sinuatus, basi utrinque modo profundius, modo leviter sinuatus, lobo medio plus minusve subtruncato vel parum producto: alias, majoribus praecipue crassioribusque thorax fere ut in *corsica* lateribus magis rotundatus, angulis posticis intus convergentibus, basi utrinque magis, nunquam vero profunde ut in illa sinuatis, lobo medio subrotundato.

Species haecce Dejeanio haud innotuit, specimina quaedam in Sardoa coll. a Prof. Gené condita, plura et ipse in Sardinia legi: typicum a Soliero denominatum in vetere Taur. Mus. coll. prostat, var. thorace lateribus rotundato.

Asida rustica Gené, Sardinia Gené = *As.* eadem ♂♀. Copiose et a me ipso in Sardiniae borealis montibus lecta, variat et ipsa interdum elytrorum costula secunda tertiaque validioribus.⁴¹⁾

As. Combae Gené Sardinia Gené = *As.* eadem ♂♀ a *Genei* Sol. abunde distincta species: corporis forma *rusticae* potius affinis, thoracis elytrorumque structura *corsicae* proximior; thorax ei etenim subrotundatus, basi utrinque profunde angulatim sinuatus, angulis posticis angustis, lobo medio hosce plerumque excedente; elytris pariter, magis quam in *corsica*, humeris anterius sub thoracis angulos excisurasque basales porrectis, minus elongatis, dorso inter costulas planatis. utrinque in foemina leniter, vix in mare declivibus, carina marginali arguta, thorace paulo minus dense, elytris brevissime pubescentibus, parce vel vix tomentosis, costula sola dorsali brevi tertiaque integra incurva carinaeformibus, quarta valde interrupta, granuliformi. Distinctionis notas e typicis auctoris sardois speciminibus quaequivi quibuscum conferunt quae et ipse olim, nec non quae anno elapso Doctor Gestro e Sardinia interiore copia quadam collegimus. Species in tab. II. icone 10 imperfecte admodum delineata, thorax ejus *As. Genei* potius figuram simulat.

As. glacialis Gené Sardinia Gené = *As.* eadem ♂♀ Sardiniae interioris montibus sat frequens.

(*As. Solieri* Gené Sardinia Ghil. = *As.* eadem ♂.)

As. lutosa Stev. Rossia mer. Kislar Steven, *cineraria* St. = *As. lutosa* Sol. ♂♀.

⁴¹⁾ Eiusdem in Sardinia interiore varietatem reperi elytrorum costula dorsali in utroque sexu brevissima, tertia maribus, velut in *glaciali*, integra.

Asida maesta Dej., *obscura* Dahl Sardinia Dahl = *As. sinuatocollis* Sol. ♀ algiricis meo visu identica; unica veruntamen quam e Sardinia hucusque vidi.

As. reflexa Chevrol. Oran Chevrolat = *As. sinuatocollis* Sol. ♂♀.

(*As. Ghilianii* Breme Hispania Ghiliani = *As. sinuatocollis* Sol. ♂ var. minor, nitidior.)

As. porcata Dej. Hispania = *As. Dejeanii* Sol. ♂♀ et *As. Goryi* Sol. ♀ siculis adamussim conformis. Unus e *Dejeani* mas, var. *massiliensis* m., duobus olim a Soliero e Massilia nom. *Dejeanii* datis congruens, quibus thorax structura consimilis, at distincte punctatus, puncto singulo anterius aspero, plus minusve obsolete granuloso; corpus minus amplum, elytra aliter exculta; hisce enimvero costulae primae vix ullum vestigium, secunda basi valde elevata, at lineae longitudinem vix excedens, tertia parum procul a basi exoriens, valde postice elevata atque utrinque ramosa apici appropinquatur, quarta lineolis quibusdam cum tertiae ramulis coeuntibus conflata, qua costularum dispositione animalculum *As. cinctae* faciem simulat: corpus meis in mare atrum, in foemina ferrugineum, griseo dense pubescens.

As. obscura Dej. Hispania = *As. sericea* Ol. mas depilatus, nitidiusculus: fortasse var. *difficilis* Perez.

(*As. dubia* Breme, *marginicollis* Ramb. Hispania Ghiliani = *As. sericea* Sol.)

(*As. elongata* Ramb. Andalusia Ghiliani = *As. Bonvouloirii* All. ♂.)

As. grisea Fabr. Helvetia (helveticum specimen verisimiliter deest.) 1a. patria incerta Latreille = *As. Marmottani* Bris. ♂ var. major, thorace latiore: consimile e Pyrenaeis nom. *bigorrensis* a D. Desbrochers habui. Reliquae et *grisea* Sol. patria ignota = *As. sabulosa* Göetz. ♀.

Eadem Italia, Apenninis Gené ♂, *gibbosa* Dahl. ♀, Italia mer. Genē ♀ = *As. sabulosa* Göetz ♂♀. Ultimum in serie exemplar folliculo, Pedemontio Bonelli, inscriptum ad genuinam *As. Dejeanii* Sol. spectat; mirum mihi quapropter nullam aliam italica patria in nostratis collectionibus observare obvenit, nonnisi quam in extrema orientali Liguria prope Nicaeam atque Mentone.

Eadem Gallia mer. *As. sabulosa* Göetz. ♂♀ et *As. Dejeanii* Sol. foeminae indumento terroso valde obtectae. Accedit spec., Naples Latreille = *As. Bajardi* Sol. ♂.

Eadem Parisis et Illyria, Fiume = *As. sabulosa* Goetz. ♂♀.

(*Asida intrusa* Breme Hispania Ghiliani = *As. Duftschmidti* Germ., *morbillosa* Duft. All. ♀).

As. sabulosa Dej. Hispania Gallia mer. et Pyren or. = *As. sericea* Ol. ♂♀.

Eadem var. Pyrenaeis or. = *As. sericea* Ol. varietates; mas et foemina dimidio fere minores; duo foeminae?, elytris basin versus angustatis, fere constrictis, thorace distinctius granulato punctato, linea media longitudinali media latiore, basi elytrorum basin excedente, dorso non magis quam in maribus convexiore.

Eadem Gallia mer. Solier = *As. sericea* Ol. ♂♀ et *As. Jurinei* Sol. ♀ var. *ligeriensis* Chevr., thorace punctato, subgranulato.

Eadem Hispania or. Latreille et *sericea* Ol. Liguria Solier = *As. sericea* Ol. ♀: accedit spec., Italia Villa inscriptum = *As. Jurinei* Sol. ♀.

As. acuticollis Dej. Dalmatia = *As. lineatocollis* Küst. ♂♀. Accedit foemina identica, nom. *suecica* Latreille, patria folliculo non indicata.

(*As. dalmatina* Stentz. Dalmatia ♂, *grossa* Frivald. Macedonia ♀ = *As. terricola* Küst. ♂♀).

As. fascicularis Germ., *Plat. morbillosus?* Fabr. Dalmatia Germar et Dejean = *As. morbillosa* Fabr. sec. Cat. Harold, *fascicularis* Germ. All. ♂♀.

Eadem? Gallia mer. (Dép. Aude) = ♂ *As. Marmottani* Bris. var. major, thorace magis explanato: ♀ = *As. sericea* Ol. ♀.

As. lineatocollis Dej. Italia, Genua = *As. Jurinei* Sol. ♀ var. thoracis linea media obsoleta.

As. marginata Dej. Italia, Genua, Lombardia Gené = *As. Jurinei* Sol. ♂ var. elytrorum costulis abbreviatis vel interruptis.

Eadem Etruria Passerini = *As. longicollis* Sol. ♂ specimina haud terrulenta.⁴²⁾

⁴²⁾ *As. longicollis* Sol. media Italia, Etruria praesertim obvia, thorace plerumque disco impressione plus minusve distincta duplice, arcuatim una alteram subsequente; elytrorum margine seriatim ciliato, saepius subcrenulato. Variat ♀ major, thorace latiore, lunatim disco profundius impresso, elytrorum dorso inter costulas laterales copiose tuberculis irregulariter consparso: variat alias speciminibus illaesis, nitidulis, thorace fortius punctato, elytrorum costulis atque interstitiis granulis creberrimis obsitis, margine circum scutellari interdum elevato - carinato, margine extimo evidentius crenulato. Quaedam, Romana provincia, Sicilia, maiores, thorace subaequali

Eadem Pedemonte et Italia Sol. nom. *Jurinei* = *As. Jurinei* Sol. ♂♀ indumento terroso dense obtecta, foemina angustior.

Eadem? var. *elongata* Dahl, Etruria = *As. longicollis* Sol. ♂♀ dense terrulenta.

Asida oblonga Dej. Hispania = *As. oblonga* Ramb. ♂, *As. Jurinei* facie proxima, ab ea atque a *Marmottani* distincta videtur species.

As. pyrenaea Dej. Pyrenaeis or. = *As. Jurinei* Sol. ♂♀ nostratis conformis.

Eadem var. Pyrenaeis or. = *As. Jurinei* Sol. ♂♀ var. *pyrenaea* Dej. Gaubil: nigerrima plerumque, thorace parcus, vel nigro pubescente, punctulato, interstitiis scabriusculis, subgranulosus: var. haecce et in alpibus Pedemontii obvia, cui et costulae elytrorum magis interruptae.

Eadem var. Pyrenaeis or. = *As. Marmottani* Bris. ♂♀.

Eadem var. Pyrenaeis or. = *As. Marmottani* Bris. ♂♀ varietates haud terrosae, elytrorum costulis, praesertim in foeminis majoribus plus minusve oblitteratis: ejus modi foeminas mayores nom. *bigorrensis* D. Gaubil olim dedit.

As. cincta Rambur, Hispania, Malaga = *As. ead.* Rosenh. Accedunt quaedam a D. Ghiliani collectae.

(*As. taciturna* Breme Hispania Ghil. = *As. cincta* Rosenh.)

(*As. minuta* Ramb. Hispania Ghiliani: Mas et foemina; haecce paulo longior, mare sesqui fere latior elytris crassioribus postice magis ampliatis atque convexis, costula dorsali secunda basi tantummodo elevata, divergente, breviore, abinde pariter ac reliquae valde interrupta, sutura late planata, margine inflexo tantisper densius quam in mare, distinete granulato, antennis brevioribus.)

vel basi tantum obsoleto impresso, lateribus paulo magis rotundato, dorso minus crebre, fortius punctato.

As. Pirazzolii All. parum hucusque frequenter collecta; Umbria Apenninorum specimina convexiuscula plerumque, atra atque subnitida, elytrorum costulis uti ab auctore delineatis. Variat porro ad Sublaqueum in Abbrutiis minus convexa, *As. Jurinei* ♂ facie propius affinis, thorace paulo fortius quam in typica forma punctato, basi utrinque tantisper magis sinuato, lobo medio paullulum ultra angulos posticos prominentem; elytrorum costulis itidem dispositis at plerumque minus nitidis, nigro villosis, quo paullulum crassiora quam in typo videntur, minus in foemina, postice interruptis magisque elevatis.

Asida...? Oran = As. curta Fairm. Accedunt duo specimina e Barcellona = *As. Dieckii* All.)

As. inquinata Ramb. Hispania mer. Granata Rambur = *As. ead.* Ramb. ♀: mares accedunt e Malaga, Ghiliani. Duo sequuntur foeminae ex Hispania mer. a D. Ghiliani relatae, quas maxime dubiosus ad *reticulatae* Sol. foeminam referri possint, anne sp. *Ghilianii* nomine inscribenda. Statura maximis *sabulosae* Göetz. major, ovalis, nigra, antennis gracilibus palpisque brunneis: caput crebre, subrugose punctatum, epistomate apice late subtruncato, fossula transversa a fronte distincto: thorax structura atque sculptura *ruficorni*, licet quadruplo major, valde similis, transversus, lateribus rotundatus, basi sat fortiter bisinuatus, lobo medio angulos posticos latos, acutos haud excedente, disco sat convexus, abrupte a limbo laterali elevatulo-explanato fossula arcuata distinctus, crebre minute granosus, granis quasi per series circumflexas disco dispositis: elytra ampla, thorace latiora, humeris parum obliquis, margine laterali ciliato, fere crenulato, ad humeros explanato atque valde reflexo, paulo eos pone apicem usque tenuissimo: ab humeris subito parum, versus medium sensim magis ampliata, apice minus breviter attenuata atque modice declivia, apicem prope sinuata, apice summo parum obtusa; dorso antico planiuscula confertim, multo subtilius quam thorax granulosa, limbo omni, suturali latiusculo, atque marginali aequalia, reliquo disco reticulatim confuse tuberculata, costula secunda a media basi carinula brevi extorsum divergente indicata; basi summa inter carinulam atque scutellum transversim foveata, fovea juxta carinulam profundiore, pariter ac scutellum laevigata; tubercula omnia pube sat densa atra vel obscure ferruginea obducta, interstitia minus dense fulvo-pubescentia: elytrorum margines inflexi dense subtilime granulosi, granulis inaequalibus; corpus infra fulvo pubescens; pectus minus crebre sat fortiter granulosum, abdomen subtilius sat dense subpunctatum; pedes nitidi, tibiis anticis gracilibus, extus dentibus 5—7 sat discretis distinctisque armatis.

Ex descr. ad *As. Barceloi* Perez, thoracis praesertim structura abscedere videtur, etiamsi elytrorum sutura depressa conferat, hae autem subtiliter paulo pone humeros, vix marginatae, earundem margine inflexo subtiliter confertissimeque granuloso inter plerasque congeneres distincta.⁴³⁾

Asida pygmaea Ramb. Hispania, Granata Rambur = *As. pygmaea* Rosenh. cum Allardi descriptione vix congruens: statura

⁴³⁾ Ex D. Kraatz monitis ad *As. Bruckii* All. referenda.

variabilis, specimina haecce minima: quaedam accedunt a D. Ghiliani relata, quorum alterum duplo majus, thoracis structura huc neque ad *marginicollem* referendum.

Asida sordida Dej. Barbaria Tanger, Goudot = *As. ruficornis* Sol. ♀. Accedunt specimina a Rambur et Cadice Bedeau = *As. inquinata* Ramb. ♂♀: mas prae caeteris corpore angustiore, valde planato, thorace disco angusto inter species consocias insignis.

(*As. sordida* Dej. patria incerta = *As. Goryi* Sol.)

(*As. coronata* Dej. Prom. b. spei Drèye = *As. ruficornis* Sol. ♂ algiricus prorsus identica.)

As. scaphidium Hoffmans. Hispania = *As. ruficornis* Sol. ♂ var. maxime deplanata, elytris lateribus subrotundatis, ovatis, fortius apice attenuatis, limbo circumcirciter ita elevato, ut elytra postice nullo modo declivia, fere excavata videantur; thorax ei minus confertim granulosus, limbo laterali minus elevato, crassius marginato. Caeterum corporis structura ad *As. Paulinoi* Perez minime convenire videtur. Duo accedunt, Oran S. Fargeau, Corsica Rambur ad *ruficornem* Sol. ♂♀ pertinentia.

As. opatroides Dej. Italia mer. Gené = *As. granulifera* Chevr. ♂ a lusitanicis nulla ratione discedens. Quaedam accedunt e Lusitania a D. Deyrolle hoc nomine ♂♀.

As. hybrida Dej. Hispania bor. Trobert = *As. granulifera* Chevr. ♂.

As. exasperata Buq. Algiria Buquet = *As. inaequalis* Sol. ♂ var. paulo major, corpore brunneo, nitido, parcus villoso, elytrorum intersticiis nitidis, subtiliter sparsim granulosis, basi intra humeros et costulas laevigatis. Accedit spec., *inaequalis* Sol. folliculo inscriptum e Barbaria, mas, typico Solieri specimini, in vetere Taur. Mus. coll. prostante, corpore terroso atque villoso conformis.

(*As. squamida* Dej. Prom. b. spei Goudot unicum spec. pariter ac aliud a D. Betta e Civico Pavensi Musaeo ad examinandum missum, atque firmiter pro pavensi spicimine designatum (fortuito forsitan casu apud nos adductum) habitu ad *G. Machla* spectare videtur; antennis multo quam in Asidis brevioribus crassioribusque, corpore haud villoso vel tomentoso, squamulis e contra vel setulis brevibus hinc inde hirto, punctis occellatis inferne impresso; corpus eis planiusculum, subparagraphatum, thorax basi subquadratus, superne inaequalis, elytra irregulariter obsolete tuberculata, tuberculis elevationibusque setulosis; margine inflexo biseriatim punctato. Ad *As. (Pelecophorum) capensem* Sol. minime referendum.)

Nach sorgfältigem Vergleich der typischen Ex. erlaube ich mir zu einigen von H. Baudi in dieser Zeitschrift beschriebenen Arten einige kurze Bemerkungen:

1. *Rhytinota morio* Baudi stimmt genau mit meinem Expl. von *Rhyt. subfossulata* Sol. überein, welches ich seiner Zeit von Fred. Bates erhielt, und welches, wie ich mich zu erinnern glaube, mit dem Type verglichen war, übrigens auch vollkommen zur Solier'schen Beschreibung passt. — Mein Ex. aber stammt sicher aus Ostindien und es mag die Vaterlandsangabe von Baudi wohl eine irrthümliche sein. (Vergl. Kraatz Revis. p. 172.)

2. *Himatismus forticornis* scheint mir nur eine etwas weitläufige punktirte Varietät des sehr verbreiteten und stark variirenden *Himatismus villosus* Haag mit leicht verdickten Fühlern. Die beiden andern *Himatismus* sind gute Arten. Dr. G. Haag.

Hidrosis, eine neue Adelostomiden-Gattung.

Die in dieser Zeitschr. 1875. p. 65 von H. Baudi ausführlich beschriebene *Eurychora squalida* ist *Steira crenatocostata* Redtnb. (Reis. Novara 1868. II. p. 120), mit welcher Art wiederum *Steira aegyptiaca* Kirsch Berl. ent. Ztschr. 1870. p. 389 synonym ist. — Diese Art bildet mit der *Eurychora Levaillantii* Luc. An. Fr. 1870 Bull. p. 7 eine sehr scharf geschiedene Gattung.¹⁾

Kirsch wurde bei seiner Beschreibung wohl dadurch getäuscht, dass Redtenbacher als Fundort das Cap angiebt. Dies ist aber ohne Zweifel ein Irrthum, denn sämmtliche Exemplare der Art, die ich vor Augen hatte (wohl 30 Stück), waren aus Aegypten. — Die Synonymie selbst unterliegt keinem Zweifel, da ich sämmtliche Typen vor Augen hatte; die kleinen Unterschiede in der Kielung des Kopfes und die Sculptur der Flügeldecken etc., die Kirsch angiebt, sind nur individuelle, denn die Art variiert in jeder Beziehung.

¹⁾ Sie lässt sich so charakterisiren:

Hidrosis n. gen.: Fühler kurz, gedrungen; 1stes Glied das grösste, doppelt so groß als das 2te; dieses knopfförmig, etwas größer als das 3te; 3tes bis 6tes klein, knopfförmig, gleichgroß, 4tes bis 9tes unmerklich sich vergrößernd, 10tes doppelt so groß als die vorhergehenden, an der Spitze schiefl abgeschnitten. — Fühlerfurchen sehr tief eingeschnitten, nach hinten divergirend. — Flügeldecken schmäler als das Halsschild, niedergedrückt, mit stachlichem Rand und ähnlichen Rückenleisten.

Unterscheidet sich von *Eurychora* und Verwandten durch die Fühlerbildung, von *Steira*, welcher sie am nächsten steht, durch die tiefen Fühlerfurchen, die schmäleren Flügeldecken, den crenulirten Rand und das Fehlen der für *Steira* so charakteristischen Bildung der Mittelbrust und der Segmente.

Dr. G. Haag in Frankfurt a. M.